Schreiben sind im Haupttext identisch; man findet in ihnen aber weder das Beiwort sanctissimus, das im ersten Citat oben angeführt ist, noch auch die ganze Stelle, die dann oben lin. 16 ff. citiert wird. Also muß das Schreiben an K. Ruprecht anders gelaute haben, und zwar den obigen Citaten nach weniger offensiv gegen P. Gregor; denn man kann nicht annehmen, daß diese Citate vom Verfasser der Postillen fingiert seien, weil dieselben ebenso in der offiziellen Appellation K. Ruprechts gegen das Pisaner Konzil nr. 297 und in den Artikeln vom 16 April 1409 nr. 296 widerkehren; auch wird an beiden Stellen als Datum des Briefes ebenfalls der 12 Mai angegeben. Die Kardinäle hatten allerdings guten Grund, K. Ruprecht, den festesten Anhänger P. Gregors, nicht von vorn herein vor den Kopf zu stoßen. Beiläufig sei noch bemerkt, daß die betr. Worte auch in den anderen uns bekannten Schriftstücken der Kardinäle aus jenen Tagen nicht vorkommen: am 11 Mai theilen die Kardinäle P. Gregor vorläufig mit, daß sie sich ihrer Sicherheit wegen und namentlich um die Kircheneinheit zu betreiben von ihm entfernt haben (incipit non velud membra, explicit qui bonas dirigit acciones), Wien k. k. Hofbibl. cod. ms. nr. 4971 fol. 19^b-22^a cop. ch. coacr.; am 13 Mai veröffentlichen sie ihre Appellation gegen den Pabst, s. Theod. de Niem nemus unionis VI cap. 10, Labbé et Cossart conc. 11 pars 2 pag. 2258, Martène thes. anecd. 2, 1394, Bzovius ann. eccl. 1408 § 8 nr. 1, Raynald ann. eccl. 1408 § 9 verkürzt, u. s. w.

tenetur effectualiter adimplere dispositum videamus, modo aliquo deviare, sed tali eventu reverenciam et obedienciam debitas exhibere^a. ex quibus verbis apparet quod 12 die mensis maji nondum subtraxerant obedienciam. nam vocaverunt ipsum „sanctissimum dominum nostrum“ et innuunt postmodum quod saltem prius videre volunt an successis modis etc. velit intendere promissis. et tamen in aliis litteris^b suis datis Liburni prima die mensis julii isti cardinales inter cetera^c hec scribunt verba: „die 11 mensis maji proxime preteriti omnem quantum in nobis fuit obedienciam juxta juris exigenciam abstraximus, et recessimus ab eodem“. que verba male videntur posse stare cum predictis. nam^b 12 die nondum subtraxerant, ut supra habetur. item quod 11 die maji domini cardinales non subtraxerint obedienciam domino Gregorio, ultra premissa clare demonstratur ex tenore appellacionis quam ipsi 13 die maji interposuerunt^d, ubi ipsi in principio sic dicunt „coram vobis beatissime pater cum omni debita reverencia in his scriptis appellando proponunt humiles servitores vestri“ etc., et ante finem sic concludunt „quare, beatissime pater, prefati sancte Romane ecclesie cardinales servitores vestri cum omni obediencia et humilitate ac reverencia“ etc., et circa finem sic dicunt „a vobis, pater sancte, ejus vicario ad dominum nostrum Jesum Christum“ etc., et notarii scribunt etiam dominum Gregorium „sanctissimum dominum“ suum. per que verba clare habetur quod 13 die maji fuerunt obedientes domino Gregorio, et ipsum dominum et patrem suum Jesu Christi vicarium seque ejus servitores cum omni obediencia recognoverunt. ergo nondum subtraxerunt obedienciam. igitur falso scribunt se 11 die mensis maji subtraxisse. et posito quod ista verba non essent in appellacione, que tamen ibi clare habentur, non est verisimile eos prius obedienciam subtraxisse et postmodum appellasse, sed potius econtra^e. sed posito quod 11 die subtraxerunt^f obedienciam ut ultimo scribunt, tamen, ex quo illa die paulo ante noctem primo corporaliter a Luca recesserunt et a domino Gregorio, ut in suis litteris^g habetur^h, videtur quod valde precipitanter et sine ullo juris ordine obedienciam subtraxerunt. nullum enim sibi terminumⁱ prefixerunt nec cum monuerunt aut requisiverunt, ut hoc vel illud faceret, alioquin sibi obedienciam subtraherent. non enim hoc fecerunt ante eorum ab eo corporalem recessum, quia non fuissent ausi ut ipsimet^j fateri possunt, nec post, quia eadem die qua exiverunt obedienciam subtraxerunt. ecce qualis sollempnitas in subtrahendo obedienciam summo pontifici potuit in duabus horis ipsis etiam in itinere constitutis, ut ex supra dictis elicitur^k, observari! putabant forsitan isti ad levitatem eorum statim totam obedienciam nostram moveri, sicut ad levitatem antiquorum cardinalium^l ab Urbano VI recedencium mota fuit Gallia fere tota. sed timendum est, quod hii, quorum auxiliis consiliis et mediis isti utuntur, videlicet Francigenarum^m, ut supraⁿ proxime habetur^o, cum quibus^p sua pacta forsitan^q habebant, eos ad hoc induxerunt, non curantes an isti juridice vel

a) W om. isti bis cetera. b) W om. nam — habetur; om. ursprünglich auch die folgenden Sätze bis sed potius econtra, lang diese aber auf einem eingeklebten Zettel noch, auf welchen durch ein Verweisungsschildchen auf die Worte vide in cedula bei predictis verwiesen wird; am Ende des Nachtrages (der noch einen Zusatz hat, vgl. die folgende Variante) steht die Note eadit super verbo „discussimus“ (plus Schloßpunkt dieser Glosse) signo lat., worauf das dem dem bei predictis entsprechende Verweisungsschildchen folgt. c) W add. auf dem eingeklebten Zettel (s. vorige Variante) nun appellacio presupponit iudicium a quo. d) W subtraxerunt. e) W ab eodem statt a domino bis habetur. f) LM add. sibi. g) LM met. W me statt ipsimet. h) LM add. potuit. W om. ut — elicitur. i) W add. tempore Urbani VI. k) W add. eodem. l) LMW abgekörtz Francigen. m) om. W. n) W add. ante ut ex hoc aparet. o) om. W.

¹ Das Schreiben bei Theodericus de Niem nemus unionis VI cap. 13, Labbé et Cossart conc. 11 pars 2 pag. 2270, n. s. v.

² Bei Theod. de Niem nem. unionis VI cap. 10 und an den in vorroriger Note angeführten Orten.

Die angeführten Stellen finden sich übereinstimmend darin.

³ Vgl. am Anfang dieser Glosse den Text mit unserer Note dazu.

⁴ In Glosse 59.

alias procederent, dummodo eos traherent in^a reciaculum^b suum, quia „solacium est miseris“^c etc. et satis mirandum est de viris tam perfectis^d scientificis maturis et in tanto^e fastigio constitutis, quod se tam precipitanter trahi permiserunt ab his, qui tum^f, antequam suo Benedicto obedienciam subtraherent, maximas sollempnitates plures tractatus^g et longa consilia habuerunt, statucentes eidem plures terminos successive.

(61) Pisas. hanc civitatem primo intraverunt 12 die maji, ut eorum littere canunt, et sic^h in itinere obedienciam subtraxerunt, utⁱ apparet ex proxime dictis super verbo „discessimus“^j.

(62) Liburnum. in omnibus tractatibus, quos isti cardinales utrinque dicuntur habuisse ad invicem, antequam essent confederati usque ad confederacionem inclusive, numquam illi de parte adversa^k ad nostros, sed semper nostri ad illos accesserunt. unde in Liburno dicti tractatus inchoati mediati sunt et finiti. ex quo satis patet et infra in pluribus locis magis patebit et supra etiam tactum est^l, nostros per illos et partem eorum fuisse ductos, utinam non seductos.

(63) Parisiensis. ista sollempnissima universitas anno domini 1381 die 2 mensis maji in sancto Bernhardo determinavit viam^m concilii generalis et, ut aliqui dicunt, circa principium scismatis determinavit neutralitatem usque ad concilium generaleⁿ. postmodum ad magnam instanciam regis Francie determinavit se pro Clemente et eidem necnon Benedicto ejus successor per longa tempora adhesit. deinde determinavit viam cessionis rejecta et plurimum difficultata via concilii generalis. et quia Benedictus viam cessionis noluit acceptare, eidem obedienciam subtraxit^o, quam postmodum sibi^p restituit^q. et demum, quia Benedictus regem Francie tacite excommunicavit, ideo sibi iterum obedienciam subtraxit et ad aliquas conclusiones devenit^r, de quibus apud aliquos scientificos dubitatur an sint catholice pertinaciter asserende. ex qua varietate consideretur, an eorum determinacionibus sit faciliter adlierendum.

(64) Bononiensis. civitas Bononiensis et per consequens universitas est in manibus domini Balthasar Cosse legati ibidem, qui, ut dicitur, Bonifacio Innocencio et Gregorio eam restituere recusavit occupans^s et regens tyrannie^t ac omnia pro libito sue voluntatis ibidem imperans^u et exercens. unde ad nutum ejus, quia timuit dominum Gregorium sibi eam juste eripere, aliqui doctores ibi determinaverunt^v que sibi placuerunt^w. et tandem sub nomine collegiorum facultatis theologie ac utriusque juris illa determinata sunt sigillata^x. que si bene advertantur, adhuc non inferunt mentem et propositum cardinalium hec scribencium, licet presummantur ex affectione vel passione processisse. nam fertur dominum Anthonium de Butrio utriusque juris doctorem Bono-

a) L ad. b) sic! vgl. Duange s. v. und W. Schmitt Beitr. zur lat. Sprach- und Literaturkunde. Leipzig 1877 p. 145 c) H perfectis. W provecctis. d) W add. dignitatis. e) LM cum. f) L tractus. g) W add. secundum predicta. h) W om. ut bis discussimus. i) W om. de parte adversa. k) W om. et infra bis est. l) L oia mit Character. m) W deinde eidem obediencia statt quam postmodum sibi. n) om. W. o) W eam tyrannice regit statt regens tyrannice. p) W imperat. q) W et exercens. r) W universitas ibidem determinavit statt aliqui n. s. v. s) W führt hier fort: et fertur, quod ipse per dominos cardinales in Pisis, quos pecuniis fovet, sit assecratus, quod sibi manebit civitas predicta in omnem eventum; mit anderer Trakt ist gleichzeitig nach hinangeführt nota dominum Antonium de Butrio, und dann ist das Übrige von et tandem bis auxiliis quibus-cunque fortgesetzt.

¹ Solacium est miseris, socios habuisse malorum, sprichwörtliche Sentenz unbekannten Autors.

² Glosse 60.

³ S. Hefele Konziliengeschichte 6, 689-690.

⁴ Im Jahre 1395, s. Hefele Konziliengeschichte 6, 728 f.

⁵ Im Jahre 1403, s. daselbst pag. 746.

Deutsche Reichstags-Akten VI.

⁶ Anfangs 1407, s. daselbst pag. 756.

⁷ Diese Conclusionen vom 20 Dec. 1407 bis 1 Jan. 1408 s. Martène et Durand ampl. coll. 7, 804 ff. Es sind aber nicht diese, auf welche sich die Kardinäle in ihrem Schreiben nr. 267 an dieser Stelle beziehen, vgl. die Note dort und die dort im Text angeführten Punkte mit Martène l. c.

¹⁴⁰⁸ niensem¹ quasdam secretas litteras scripsisse pape, in quibus cooperte innuit, se ea que
^{Spt. ex.} fecit fecisse, quia aliud non audebat. fertur insuper dictum dominum Balthasar jam a
^{bis} cardinalibus utriusque assecuratum fore, quod in omnem eventum manebit sibi Bononia
^{Dec. 25]} cum suo districtu et aliis per eum acquisitis. unde nimirum, si eos foveat pecuniis consiliis et auxiliis quibuscumque.

(65) Gregorius. quomodo pari passu ambulant papa verus et pretensus, justus et iniquus, canonicus et intrusus? vel si de utroque^a dubitatur, cur domini cardinales^b hec scribentes et sui predecessores tantum uni adhererant, illum predicaverunt, dogmatizarunt et totam suam obedienciam in devium vel saltem incertum secundum ipsos^c adduxerunt? et maxime quare isti, qui nunc sunt cardinales, diebus quasi proximis dominum Gregorium elegerunt, si tantum fuit dubium facti et juris? nonne melius fuisset non eligere quam electo possessionem orbis tradere et ipsum postmodum eicere quantum in eis est sine ordine et ratione^d? sed considerandum, quod scismatici, erecto suo antipapa Clemente nuncupato, asseruerunt et scripserunt eidem sine omni dubio adherendum et obediendum. et quicumque circa principium scismatis et per multos annos post apud eos dixisset antipapam cedere debere vel ejus statum in dubium revocasset, secundum eos anathema fuisset. verum quia viderunt se frustratos intencione sua quoad obedienciam nostram convincendam, volentes cooperire errorem suum invenerunt viam cessionis. que tamen per obedienciam nostram et per aliquos de illis, qui hec scribunt, fuit refutata^e et inefficax ad unionem reputata, et hoc illo tempore quo ipsi hereditate possidebant sanctuarium dei et adipiscebantur illud. nunc autem facta est repentina mutacio, utinam dextre excelsi^f! quodsi ipsi cardinales tantum de utroque contendencium dubitant, certe multo forcius de ipsis et eorum statu ac pretensa^g quam sibi usurpant potestate videtur dubitandum, cum omnis eorum status atque potestas ab altero contendencium derivetur.

(66) Inveterato^h cum tanto populi scandalo. queri potest, quando incepit scisma istud esse inveteratum vel quando incepit populi scandalum. an jam primo circa kalendas maji, cur non ante? vel quantum tempus requiritur ut sit inveteratum? aut quantus populus requiritur ut fiat scandalum? si papa verus tenetur cedere propter 30 annos et medietatem populi Christiani vel majorem partemⁱ ab eo separatam, quare non propter 20 annos et terciam partem populi Christiani? et si sic, cur non propter 10 annos et quartam partem populi Christiani? et sic tandem procedendo queritur de unico anno et unica civitate^j. et sic sequeretur, quod justus papa propter^k unicam civitatem rebellem cedere teneretur, ne scandalum fieret. quod tamen videtur iniquum^l. nam cum Christus predicavit se filium dei, multo plures scandalizati sunt quam crediderunt, nec tamen ipse propter hoc cessit^m justicie et veritati, sed modicum curans „sinite“, inquit, „ecce sunt et duces cecorum, omnis plantacio etc.“ⁿ. similiter hodie plures sunt et a tempore Christi fuerunt^o increduli quam^p fideles^q, et tamen deus, qui non vult^r mortem peccatoris^s, non credentes perpetuo condemnavit.

a) W add. equaliter. b) W om. domini cardinales. c) W secundum eos *zwischenkorrigiert* statt vel — ipsos. d) W et certa (oder certe?) etiam racione. e) W add. reprobata. f) L pensa. g) W add. tam vor inveterato. h) W vel duas partes cum scandalo statt vel — partem. i) W *gilt das fast der Postille Ob auf einem Zettel, rousiert darauf mit den Worten vide in carta annexa signo tali.* k) L per. l) W add. suo. m) in W *übergeschrieben* *unleserlich*, om. similiter. n) M add. si. o) W Judei Saraceni et pagani quam Christiani statt increduli quam fideles. p) L vlt. q) W add. nichilominus.

¹ S. über diesen Schulte Gesch. der Quellen und Literatur des kanon. Rechts 2, 289 ff.

² Vgl. Psalm 77, 11.

³ Wöl sehr berechtigt ist die scharfe Geißelung

dieser sophistischen Deduktion in der Rede Fronzola's nr. 269 Conclusio 5^e.

⁴ Matth. 15, 11.

(67) Cedere^a. reges Francie et Anglie eodem titulo quoad Franciam utuntur, ¹⁴⁰⁸ et longe diucius, quam scisma duravit, inter eos scisma regni fuit; in quo scismate ^{Spt. ex.} ^{bis} ^{Dec. 25]} etiam de jure utriusque contendencium dubitatur pariter et de facto^b; pro quo utrimque multa milia hominum ceciderunt. cur ergo non predicatur ambobus ut cedant? certe, si Parisius predicaretur regem Francie cedere debere^c, res iniquissima esset et ultimo supplicio coerenda. quare ergo hic tam justa est cessio et non ibi^d?

(68) Dubia facti et juris. pretendunt aliqui dubium facti, quia defuncti sunt fere omnes qui fuerunt ante scisma cardinales, quibus constabat de facto. sed^e certe si omnes viverent, pauca vel nulla esset eis fides adhibenda, quia mox fecerunt se partem et primam assercionem suam libere factam a pluribus eorum, etiam posito quod secundum eos electio Urbani VI fuerit per impressionem facta, irritaverunt putantes totum mundum ad eorum variacionem variari debere, sicut et cardinales isti modo^f putant totam obedienciam nostram ad eorum scripta vel verba mutari. constat saltem Urbanum VI fuisse in possessione Christianitatis et papatus in solidum eundemque magna parte sine juris ordine spoliatum et per consequens de^g jure restituendum, nisi dicatur papam esse pejoris^h condicionis quam infimum Christianum, et, quia superiorem non habetⁱ, ideo quantumcumque spoliatum non tamen restituendum. et sic sequeretur, quod nec papa injuriatus aut aliquo modo calumpniatus unquam justiciam consequi posset propter defectum superioris. nonne Symachus papa ante omnia restitutus fuit, prout historia docuit et canon apostolicus confirmavit^j? ceterum rarum^k fuit in centum annis reperire papam adeo certum^l, quin, si cardinales voluissent acere ingenia sua et abuti sciencia juris canonici et civilis, magnum de jure suo dubium humanis mentibus inculcassent, et hoc propter incertitudinem humanorum agibilium et jurium circa omnem eventum impossibilem^m provisionem. et sic sequeretur, quodⁿ etiam post liberrimam et certissimam electionem, statu pape in dubium revocato^o per cardinales, ipse teneretur cedere ipsique possent^p recedere a vero papa, quod est iniquum.

(69) Aliter comode. imo secundum multos comodissime et clarissime, nisi obstaret potencia facti, videlicet quod restituitur successor Urbani VI tamquam spoliatus, qui restitutus^q convocet concilium, quod cognoscat et judicet quid agendum et, si appareat concilio de facto constare non posse, provident alio modo quam per examinacionem cause secundum quid^r concilio^s videbitur ecclesie expedire.

(70) Ne plus. iste raciones, que secuntur, forte probabiliter inferunt, quod, ubi verus papa papatum recipiendo^t certitudinaliter videret magnum populum periturum et cedendo videret eundem populum certitudinaliter salvaturum, tunc potius cedere deberet. sed ista certitudo, quantum possibile est humanitus^u, hic non habetur, quia, quantumcumque papa verus^v cedat, nisi auctores^w et fautores scismatis recogno-

a) diese Glossen ist aus Verschen in W vor die nachgehende gerathen. b) W et cum nullas eorum recognoscat superiorum et principalem sitne dubium juris et facti de statu statt in quo scismate his facto. c) W cedendum statt cedere debere. d) in W add. auf dem kleinsten Zettel die andere Hand quoad cessionem super verbo „cedere“ addo in postilla: facit canon „quam periculosum“ T. q. 1. [c. 8. C. 7. q. 1.] et quod vult Innocentius in c. „licet de evitanda“ de elec. [c. 6. X. de electione (1, 6)]. e) W et. f) L *unverhüllt* modo: W *korrigiert* cardinales nostri modo aus hec scribentes. g) om. M. h) L deterioris. i) W add. ut quedam ratio impulsiva iuvit. k) W raro. l) W om. adeo certum. m) L in possibilem. n) W sed si ista essent advertenda, tunc semper statt et his quod. o) L revocata. p) W facerent multos [korrigiert aus nos?] dubitare et propter dubium statt statu his possent. q) W ipso restituito statt tamquam his restitutus. r) sic LM. s) W prout sibi statt quam his concilio. t) W papa remanendo statt papatum recipiendo. u) W om. quantum his humanitus. v) om. W. w) L auctores.

¹ Gegen diese Deduktion polemisiert Fronzola in seiner Red: nr. 269 Conclusio 3.

² Impossibilem ist zu provisionem zu ziehen:

et hoc propter incertitudinem humanorum agibilium et [propter] jurium circa omnem eventum impossibilem provisionem.

¹¹⁴⁰⁸ scant errorem suum et peniteant, eciam posito quod futuro pape obediant, non tamen
^{Spt. 17.} per hoc salvabuntur, imo forte peccatum eorum dampnabilius reddetur², quia propter
^{bis} ^{Dec. 23]} pertinaciam eorum veri pape iusticia est subpressa.

(71) Forcius^b. quomodo potest dari^c fortissimo forcus, vel que potest major obligacio vel stricior esse pape illa obligacione qua recipiendo papatum se ad omne id⁵ quod est pacis unitatis et utilitatis Romane ecclesie juxta extremum suarum virium^d utique fortissime et strictissime obligavit? cui obligacioni nil videtur intensive vel extensive humanitus addi posse. videtur insuper, quod plenitudo potestatis papalis a solo^e deo derivantis non possit aliqua lege humana positiva vel eciam pacto quocunque obligari. imo ista videntur esse contra substanciam papatus, quia restringunt plenitudinem potestatis a deo immediate concessa. melius ergo dixisset¹ presupposita prima conclusionem, de qua tamen dubitatur ut super ea dictum est², papam per juramentum votum et promissionem clarius apercius^f expressius aut specialius ad hoc astringi etc. et licet hoc quoad hominum opinionem forsitan aliquid^g adderet, tamen quoad deum^h nichil.

(72) Pertinaciter resistendo. quomodo potest in casu istoⁱ argui talis pertinacia in papa, qui posset habere causas toti mundo incognitas et soli deo notas, a quo eciam solo venit judicandus et^k arguendus, nisi incurrat heresim manifestam vel crimen notorie totam ecclesiam scandalizans.

(73) Notorium. presuppositis precedentibus duabus conclusionibus³ adhuc²⁰ non posset dici crimen notorium, nisi notorium esset eum¹ nullam habere legitimam excusacionem. quarum^m tamen papa Gregorius in casu isto plures dinoscitur habere, ut supra super verbo „Saone“⁴ et super verbo „promittente“⁵ et super verbo „captatis occasionibus“⁶. nec condiciones juramentorum et conventorum suorum adhuc sunt purificate. et posito quod sic, tamen earum purificacio non est notoria et per consequens²⁵ nec crimen est notorium. non enim habetur aliquaⁿ facti evidenciam nec dominus Gregorius adhuc^o est convictus vel^p confessus.

(74) Concilii. potest esse rite et legitime congregati, si est crimen notorium⁴ tale de quo sit papa accusandus. alias non videtur quod subiciatur alicui. ista autem non habent locum in casu isto, ut patet ex supradictis. et⁷ nichilominus restat dubium, 30 quis habeat concilium convocare, de⁸ quo infra super verbo „concilium“⁷ et super verbo „per modum predictum“⁸.

(75) In heresim. vetus et obstinatum scisma descendit in heresim quoad eos qui sunt auctores vel scienter fautores¹ scismatis. quid hoc ad eos qui se mere passive habent et de hoc dolent quod alii faciant scisma? quod si dicere vis: „dominus 35

a) L. redderetur. b) in W zu Anfang der Postille von der andern Hand hinzugefügt 24. q. 1. „memor sum“ [r. 10. C. 24. q. 1]. c) M. stare dare statt dari. d) W om. juxta bis virium. e) W add. über der ersten Zeile der Postille durchgeschrieben und durch ein Zeichen an diese Stelle verwiesen unter in c. „licet ex suscepto“ de fo. compe. [c. 10. N. de foro compe. 12. 29]. 22 di. in c. „sacrosancta“ [r. 2. dist. 22]. f) L. expereius. g) W om. forsitan aliquid. h) L. eum. i) W om. in casu isto. k) W vel. l) om. M. m) L. quare, M. quam. n) om. L. o) W ipse papa statt dominus G. adhuc. p) W nec. q) W add. ausgesprochen alias non videtur. r) W restat adhuc statt et — dubium. s) W om. de — predictum. t) W add. auctorem.

¹ D. h. die Universität in ihren Conclusionen, die in dem Schreiben der Kardinäle angeführt sind und in deren zweiter wir hier stehen.

² In den Glossen 65-70 ist die erste Conclusio behandelt.

³ Die Conclusionen der Universität, die in dem Schreiben der Kardinäle hier citiert sind; vgl. die vorigen Noten.

⁴ Glosse 18.

⁵ Glosse 27.

⁶ Glosse 20.

⁷ Glosse 121.

⁸ Glosse 146.

Gregorius eo ipso quod non cedit^a fovet^b scisma^c, tunc certe Urbanus Bonifacius et ¹¹⁴⁰⁹ Innocencius omnes foverunt scisma et sic fuerunt heretici, et per consequens omnes ^{Spt. 17.} eorum actus sunt irriti et inanes, quia nullus eorum cedere voluit eciam requisitus. si ^{bis} ^{Dec. 23]} autem dixeris „Gregorius potest tollere scisma, quia potest cedere“; et non tollit; ergo ⁵ fovet^d, dico: quod^e non sequitur: Gregorius cessit, ergo sublatum est scisma; quia requiritur eciam cessio adversarii et multa alia preparamenta ad futuram^f sinceram unionem. et posito quod per cessionem ejus cum aliis adminiculis tolleretur ecclesie apparens divisio, daretur tamen forte occasio futuris divisionibus frequentissime orituris, quia^g cogitabant nequiciosi et scismatici homines: nos faciemus tot dubia et tot ¹⁰ involuciones, quod, si non poterimus vincere partem adversam, saltem oportebit eam cedere sicut et nostram.

(76) Ad idem pertinet. ex hoc videtur sequi, quod quasi omni die oporteret nos habere concilium vel saltem ad id referre vel differre negocia, quia frequenter cadunt in dubium actus pape an scandalizent ecclesiam vel an spectent ad concilium, ¹⁵ maxime quia piarum^h mencium est ibi culpam agnoscere¹, etc.¹. unde^k videtur istam cognicionem hujus dubii ad concilium non pertinere, nisi esset alias congregatum. nam canones et glosatores non videntur aliquod factum dubium pape ad concilium referre sed duntaxat notoriam heresim aut crimen notorie scandalizans ecclesiam. modo si est dubium, tunc non est notorium.

(77) Propter dubium. vide supra his super verbis in prima¹ conclusione positus².

(78) Perdicionem animarum. ista animarum perdicio non tollitur quoad auctores^m et fautores scismatis per cessionem. imo forsitan anime illorum magis periclitantur, ut habetur supra super verbo „ne plus“ in prima conclusione³.

(79) Ut utrumque. lucusque exclusive forsitan conclusio posset esse vera de concilio rite et legitime congregato, sed ista modificacio, que hic sequitur, habet aliquale dubium, quia concilium posset determinare unum eorum non esse ciciendum et per consequens non debereⁿ utrumque eici de jure nec eciam posse, quia illud possumus quod de jure possumus. licet enim maneret forsitan dubium juris quoad proprietatem papatus ³⁰ vel quoad certum et merum jus in papatu, non tamen quoad possessionem. nec sequitur „de isto dubitatur an habeat merum jus in ecclesia, ergo est ciciendus“. imo si fuerit conventus¹ super ea et possidet², absolvetur et in possessione manebit donec legitime vincatur³. et verisimile est multos in solidum tenuisse papatum, qui tamen in veritate non fuerunt pape, sicut⁴ legitur de muliere⁵; et forsitan in tali casu error communis faceret jus, sicut in Barbario Phylippo⁶.

(80) Jurarunt et voverunt. posito quod papa juramento et voto ligetur (de quo tamen dubium est⁷, ut super verbo „forcus“ in secunda conclusione dictum est⁷), nonne, cum in omni voto inferioris a papa auctoritas pape sit excepta, in voto

a) L. M. credit. b) W. fovero. c) quia — cedere om. W. d) W. add. quod possit tollere, patet, quia potest cedere. e) L. quam. f) L. M. add. et. g) M. et. h) L. parum. i) M. om. etc. k) W. et malivoli homines sepe actus superiorum interpretantur in pejus et faciunt bonos debitare statt unde — notorium. l) L. add. in. m) L. auctores. n) W. posse, om. nec — possumus. o) W. sed statt et possidet. p) W. ab eo legitime evincatur. q) W. sed tunc error communis facit jus statt sicut — Phylippo. r) W. aliqui dubitant statt dubium est.

¹ Wol eine sprichwörtliche Sentenz.

² Glosse 68 zu den Worten dubia facti et juris innerhalb der ersten der Conclusionen der Universität, welche die Kardinäle an der Stelle citieren.

³ Glosse 70.

⁴ Hier in der Bedeutung: belangen, anklagen wegen etwas.

⁵ Die angebliche Päbstin Johanna ist gemeint.

⁶ Gewählt am 31 Juli 768 und an demselben Tage vertrieben, s. Jus Reg. pontificum p. 199 f., 2 Aufl. p. 284.

⁷ Glosse 71.

¹⁴⁰⁸ pape eciam auctoritas dei erit excepta? hanc autem auctoritatem dei ipsemet papa
^{Spt. ex.} habet in terris eciam quoad se ipsam, ut scrutetur intra se cum^a consilio sui confes-
^{bis} soris, quem sibi iudicem eligit^b in hac parte, an suum iuramentum vel votum tendat ad
^{Dec. 25]} noxam vel an sit usquequaque servandum^c. item concilium posset declarare iuramentum
vel votum non servandum propter melius. ergo non statim propter detrectacionem
justas et verus papa est deserendus, licet adhuc non appareat dominus^d Gregorius de-
trectare vel recusare, cum deficient condiciones et modi iuramentorum et votorum
suorum, vel, si non deficient, tamen non constat neque est noturium ea posita in esse,
ut supra in pluribus locis est deductum^e.

(81) Ab eorum obediencia recedere. hoc est quod^f tanto tempore
Francigene quesiverunt, et, licet eodem fere subessent cause ut ajunt^g (sunt saltem pre-
supposita secundum eos^h prima conclusione hic inserta^h 2), tamen in tota Alemannia et
in aliis partibus obediencie nostreⁱ nec prece nec precio nec perswasionibus aut minis^k
hucusque potuerunt obtinere, quamvis maximam super hoc diligenciam fecerint et adhuc
faciant incunctanter, excepta diocesi Leodiensi que ad eorum induccionem^l subtraxit ad
tempus^m. ubi quanta mala post hujusmodi subtraccionem sint secuta, quotⁿ milia ho-
minum bellica strage necata, quot ecclesie seculares et regulares cum personis et rec-
toribus suis omnino depauperate^o, quot denique anime lamentabiliter ut timetur ad
baratrum sunt transmissae, fama publica attestatur. numquam eciam Francia in centum
annis pejus stetit quam a tempore subtraccionis citra. rex cum Francie fuit, principes
ejus intestino se bello persequuntur, prelati in regno capiuntur, ecclesiastica libertas ibidem
conculcatur, justitia subprimitur et omnis abusus dominatur. et licet universitas Pary-
siensis hanc subtraccionis viam dicatur^p invenisse, multi tamen notabilissimi viri ejusdem
universitatis supposita^q contrarium tenuerunt^r, et quedam^s antiqua et notabilis universitas,
Tolosana scilicet^t, in Francia^u contra hanc obediencie subtraccionem longum tractatum
claris et elegantissimis rationibus fabricavit^v. ad idem eciam tendit tractatus universi-
tatis Oxoniensis in Anglia^w 5. imo volunt aliqui notabiles viri, quod eligibilis esset quin-
que vel septem aut decem sibi titulum papatus vendicare et cuilibet eorum ab una
porcione Christianitatis bona fide obediri, quam obedienciam subtrahi eciam^x per mo-
mentum. presertim autem in Alemannia timendum est, quod, si semel contingat sub-
trahi obedienciam et per modicum tempus durare, nulla censura curabitur cessabitque
omnis ecclesiastica disciplina, occulte hereses pullulabunt^y et impune seminabuntur dog-
mata reprobata, considerato quod quilibet nobilis quantumcunque modicus in suo terri-
torio rex est et quilibet civitas intra muros suos regia utitur potestate^z. sed posito
quod liceat subtrahere obedienciam sintque ad hoc sufficientes cause, que non sunt ad-
huc posite in lucem, posito insuper quod omnes iste conclusiones sint vere, nonne prius

a) W om. com — parte. b) M elegit. c) om. L. d) ut — deductum om. W. e) L qd mit Haken durch q und
Überstrich, vol quoddam. f) W nunc statt ajunt. g) W om. secundum eos. h) W uhl. de qua tamen aliqua-
liter dubitatur. i) et — nostre om. W. k) W nec muneribus statt aut minis. l) ad — induccionem om. W.
m) ad tempus om. W. n) L quod. o) L depauperate. p) om. L; M dicitur. q) 24. en. supposito ad. sup-
positis? r) et quedam om. W. add. quoque nach universitas. s) W eciam. t) W uhl. constituta. u) ad —
Anglia om. W. v) om. W. w) L pullulant. x) W ursprünglich pro libito dominatur, ausgestrichen mit gleich-
zeitig mit anderer Tinte regia utitur potestate durchkorrigiert.

¹ Dagegen Franzola in nr. 269 Conclusio 7.

² D. h. in dem Ausschreiben der Kardinäle an dieser Stelle, nr. 267 bei der Zahl 65 ff.

³ D. h. viele hielten die supposita der Univer-
sität für das Gegenteil einer Empfehlung der via
subtraccionis? Paßt kaum. Besser vielleicht (s.
Var. q): viele Mitglieder der Universität standen
in Opposition zu deren supposita.

⁴ S. Bulaeus Hist. univ. Parisiensis 5, 4-24.

⁵ Es ist doch wol die Erklärung vom 17 Merz
1395 gemeint, Bulaeus l. c. 4, 776-785.

⁶ Diese Stelle ist von außerordentlicher Merk-
würdigkeit, insofern der Verfasser mit prophe-
tischem Blicke die Reformation voraussieht und
eine tiefe Einsicht in die Verhältnisse Deutsch-
lands bekundet.

requirendus et monendus est Romanus pontifex et ad rationem ponendus, ut, si forsan
se ipsum corrigat et resipiscat, in suo statu remaneat, vel, si reperiatur eum insontem,
cidem reverencia debita exhibeatur? aut quis constituit cardinales hec scribentes et in
aliis suis litteris mandantes obedienciam subtrahi et infra idem innuentes^a domini
Gregorii et tocius obediencie nostre^b iudices, ut omni juris ordine pretermisso putent
ad solum nutum eorum tocius obediencie nostre et presertim Germanie constanciam velle
a^c Romano pontifice declinare? et hic vide que habentur supra super verbo „discessi-
mus“^d et^e infra super verbo „dubitaciones de papatu“^f. denique quis in casibus pape
reservatis et in appellacionibus ad eum devolvendis dispensabit, cognoscat, pallium dabit,
archiepiscopos confirmabit etc., presertim in Alemannia, ubi, licet de jure sit unum^g
caput rex videlicet Romanorum, de facto tamen paucis aut nullis jugum posset imponere
in hac parte, sicut factum fuit in regno Francie^h? videant eciam illi, quiⁱ tam faciliter
persuadent obedienciam subtrahi vicario Jesu Christi, quomodo ipsi simulatam victimam
preferre conantur obediencie bono^j, quasi non sit melior obediencia quam victima et
peccatum ariolandi non obedire^k.

(82) Malo. iste rationes presupponunt que supra sunt negata et impugnata,
quare non oportet eis insisti. non est enim faciendum certum malum ut eveniat bonum
dubium, nec^l occidendi sunt sani ut curentur egri, abiciendi amici ut reconcilientur
inimici.

(83) Universo mundo notoria. mirum est, quod isti scribunt notoria toti
mundo que in facto^l tot^k legitimis excusacionibus, ut supra sparsim habetur, fulciuntur
et que tot condiciones et modos habent annexos. et quomodo possunt dici notoria uni-
verso^l mundo que in locis, ubi dicuntur contigisse, a multis negantur et a plurimis
ignorantur? et posito quod vera sint, nulla tamen evidenciam facti ea notoria facit,
maxime in partibus remotis ut in Anglia Alemannia Ungaria Cracovia etc., maxime
cum dominus Gregorius adhuc non sit confessus nec convictus.

(84) Potuerint cedere. isti volunt quod uterque cedat. et quid potest do-
minus Gregorius, si Benedictus non vult cedere? quid eciam valeret cessio sua sine
cessione Benedicti? vel quare redarguunt dominum Gregorium de facto^m Benedicti?
et maxime cum ex tenore instrumenti Gregorius non sit obligatus ad cedendum, nisi
Benedictus cedat et alia fiant de quibus dictum est supra super verbo „primum“ⁿ circa
articulos juratos? nec sequitur „ambo cesserunt, ergo est unio“, quia requiruntur alia
multa, ut est concordia loci, rehabilitacio eligencium, provisio finitimarum dissensionum
immediate oriendarum et scandalorum venturorum nisi certa lege et convencionem ante
electionem restringantur.

(85) Utilibus. que autem sint utilia necessaria aut quomodolibet oportuna,
quis habet cognoscere nisi papa? alioquin si dicatur quod cardinales^o, cum ista obli-
gacio eciam sine iuramento et voto adhereat ossibus cujuslibet pape, ut habetur supra
circa secundam conclusionem super verbo „forcius“^p, sequeatur quod omni die cardi-
nales haberent cognoscere de factis pape, quia semper revocaretur in dubium, an factum
suum esset utile necessarium vel opportunum aut an ipse in hoc aliquid obmisisset. et
sic collegium cardinalium esset magis vicarius Christi quam papa.

a) et — innuentes om. W. b) W suo. c) W uhl. vero. d) et — papatu om. W. e) W unicum. f) L que.
g) om. W. h) LM et. i) L factis. k) L et. l) L toti. m) L sancto.

¹ Glosse 60.

² Glosse 100.

³ Dagegen polemisiert Franzola in seiner Rede
nr. 269 Conclusio 14^a.

⁴ S. 1 Regum (Samuelis) 15, 22 f.

⁵ Glosse 10.

⁶ Scil. illud habeant cognoscere.

⁷ Glosse 71.

^[1408]
^{Spt. ex.}
^{his}
^{Dec. 25]} (86) Solvere perplexitatem condicionum. hic apparet quod isti innuunt vel saltem dubitant condiciones esse in juramento. quod tamen supra purum et simplex asseruerunt et in aliis litteris suis clarius astruere non verentur, ut habetur supra super verbo „primum“¹. nec sequitur: „potest solvere etc., ergo tenetur“, quia non constat hoc esse utile necessarium aut quomodolibet opportunum. imo forte non expediret ecclesie et presertim obediencie nostre, quod dominus Gregorius rejectis condicionibus istis, que verisimiliter per istosmet scribentes cum magna deliberacione apposite sunt, cederet, quia per hoc pars adversa fortificaretur in^a iniquitate et rebellione sua et tota obediencia nostra confunderetur. sed timendum est, quia^b isti hec scribentes annodo in neglectu posuerunt omne id quod est confusionis desolacionis ruine ac divisionis obediencie nostre. nam, ut infra clarius patebit, illorum auxiliis consiliis subsidiis et mediis viis ac modis utuntur quos sciunt longo tempore fuisse persecutores obediencie nostre.

(87) Frivole. imo legitime^c. vel saltem non constat eas esse frivolas. imo ex ipso tenore instrumenti conclavis sine aliis adminiculis videntur sufficienter comprobate, ut supra sparsim habetur hincinde.

(88) Concilii. sic omnis actus pape veniret per concilium examinandus et rectificandus, quod est absurdum. sed posito quod hec cognicio sit concilii, verum est: rite et legitime congregati.

(89) Collegii. vide supra circa principium².

(90) Liburnum accedentibus. numquam ante confederacionem leguntur illi venisse ad nostros, sed semper econtra. unde verisimile est tractatus inter eos habitos semper^d magis fuisse ad nutum et voluntatem alterius partis, cui se tandem nostri cardinales non sine corruptis affectibus ut presummitur conformarunt^e. nam quidam istorum nuncius et^f ambaxiator dixit, regem Francie eis in pecuniis subvenire. et referunt alii fide digni, eos jam recepisse pecunias et plures recepturos^g, ut certum Francienam eligant de quo jam concordarunt.

(91) Ejusdem diocesis. sed non ejusdem potestatis aut dicionis vel obediencie. nam Pisana civitas occupatur a Florentinis, Liburnum a Januensibus, et hi a rege Francie.

^[1408]
^{Juni 29]} (92) Univimus. hic apparet quod ista unio precessit convocacionem concilii generalis. et tamen ista unio, ut habetur in data litterarum desuper confectarum, secundum copiam, de qua statim⁴, est data Liburni penultima die mensis junii. sed littere presentes super convocacione concilii sunt date per 4 dies ante, videlicet 24 die mensis junii. et quare hoc factum presumatur, videbitur infra circa datam⁵.

^{Juli 21]} (93) Modis omnibus. in copia litterarum confederacionis seu unionis, de qua hic sermo⁶, quam quidam ambaxiator cardinalium detulit⁷, habentur inter cetera ista verba: „juramento et voto irrevocabili firmamus quod per viam mutue cessionis amborum de papatu vel⁸ alterius alio mortuo vel canonice ejecto prosequemur^h ecclesie unionem et dampnosi scismatis exstirpacionem, et alias in ipsorum velⁱ alterius contu-

a) om. LM. b) W quod. c) W add. sunt. d) L sed. e) L confirmant. f) om. L. g) in W am Ende der Zeile 40 cessionis — vel mit anderer Tinte gleichzeitig Nota. h) M persequimur, W prosequimur. i) W seu.

¹ Glosse 10.

² Glosse 4.

³ Das ist näher detailliert in der Werbung K. Ruprechts nr. 283 art. 4^a und in dessen Werbung nr. 280 art. 7. S, wie auch in den Schreiben Ruprechts nr. 285 f. art. 1^e ff.

⁴ S. die folgende Glosse.

⁵ Glosse 149.

⁶ Am 29 Juni 1408 einigen sich Kardinäle bei der Obediencen in Livorno zur Herbeiführung der Kircheneinheit, s. Martene et Durand ampl. coll. 7, 798-803; dieser Einigung treten nachträglich mehrere Kardinäle bei, s. ibid. pag. 803-808. Vgl. die Mittheilung an den König von Frankreich bei Bulaeus Hist. univ. Paris. 5, 168.

⁷ Vgl. in Glosse 149.

^[1408]
^{Spt. ex.}
^{his}
^{Dec. 25]} maciam vel contradiccionem per deliberacionem concilii generalis et ecclesie congregande procurabimus, attentis promissis juratis et voto firmatis per ipsos duos de papatu contententes et nos, providere taliter quod per canonicam eleccionem a nobis ambobus collegiis in unum convenientibus faciendam provideatur ecclesie de unico vero et indubito pastore“ etc. ista verba utique restringunt istam confederacionem et unionem ad certos modos per Francigenas dudum adinventos. quomodo ergo hic scribunt „modis omnibus justis et sanctis“ etc.? de hoc etiam dicitur infra, ubi ad mentem istorum verborum in litteris unionis contentorum isti restringunt et limitant convocacionem concilii generalis¹. et tamen dant intelligere prima facie omnibus quod concilium debeat omnibus modis providere, ut habetur infra^a super verbo „mutue cessionis“² et aliis verbis ibi sequentibus.

(94) Minime congregarent. forte dominus Gregorius libentissime congregaret et utique de jure posset. sed de facto forte multi non curabunt vocacionem suam quam ipse jam fecit³.

¹⁵ (95) Preterita negligencia. quomodo potest imputari domino Gregorio negligencia in convocando concilium, qui nondum^b per duos annos fuit in papatu et jam concilium convocavit, imo, ut multi fide digni testantur, diu ad hoc anhelavit, et ante quam isti, ut videbitur infra^c super data⁴.

(96) Reprobavit. ipse negat, ut habetur supra super eodem verbo⁵, et vide infra que habentur super eodem verbo^d circa finem⁶.

(97) Denegasse. forte noluit concilium limitari ad hanc viam cessionis et ponere regulam sive legem spiritui sancto, sicut isti in sua convocacione nituntur, ut infra patebit⁷ et proxime est tactum⁸. tamen in convocacione concilii per eum indicti hanc cessionis viam non excludit, imo manifeste includit, ut patet in bulla sua super concilio⁹.

(98) Suspectus. ista suspicio cessare videtur quoad dominum Gregorium, qui indistincte omnes nullum excludendo vocavit.

(99) Excludi. et forte vos hec scribentes magis deberetis excludi, quia primo fuistis parciales pro una parte a qua creati estis, nunc autem fecistis vos parciales contra dominum Gregorium, quem persequimini, imo nitimini precludere viam concilio, ut non possit pro sua justicia pronunciar.

(100) Dubitaciones de papatu. si vos modice fidei tantum dubitastis, quare tot beneficia et tantas dignitates et ordinum caracteres in tanto dubio recepistis? ubi tunc fuit dubitacio vestra? ubi sana consciencia? quod si de novo supervenit ista consciencia vobis, quare non renunciat et ceditis pure et simpliciter dignitatibus et beneficiis que non sine gravi periculo si tantum dubitatis possidetis? non tamen propter vacillacionem vestram vacillabit obediencia tota, presertim constantissima Almannia, cujus rex et principes electores et alii ecclesiastici et seculares, quorum aliqui adhuc vivunt, dudum, videlicet anno domini 1379, recognoverunt, se, bene et clare in-

⁴⁰ a) LM supra, nos irritig. b) L von. c) om. LM. d) L am. et vide — verbo, W am. et vide — finem.

¹ Glosse 145 ff.

² Glosse 125 ff., wo aber nur von den Limitationen die Rede ist, nicht davon, daß die Kardinäle trotzdem behaupten omnibus modis providere; also ist vielleicht hier oben et habetur zu lesen statt ut habetur; es kann aber auch eine Unge-nauigkeit sein.

³ Vom 2 bzw. 5 Juli 1408, s. nr. 200 nebst der Note.

Deutsche Reichstags-Akten VI.

⁴ Glosse 149.

⁵ Glosse 43.

⁶ Glosse 176.

⁷ Glosse 125 ff.

⁸ Glosse 99.

⁹ S. nr. 200.

¹¹⁴⁰⁵ formatos de hoc facto electionis et jure domini Urbani VI, ipsum tenere et habere velle
^{Spl. 11.} pro vero papa et vicario Jesu Christi, promittentes invicem fide data sub nomine jura-
^{bis} menti sibi velle adherere et obedire nec ab ipso aut ab invicem discedere in hac parte,
^{Dec. 25f} prout in ipsorum litteris autenticis eorum sigillis pendentibus roboratis¹ dinoscitur ple-
 nissime contineri; et per consequens idem de successoribus; nam si Urbanus habuit jus,
 ergo et successores.

(101) Congreganda. melius diceret „convocanda“. non enim est necessaria
 congregatio omnium. nam vocatis omnibus absentia vocatorum non presencium divina
 presencia suppleretur. posset etiam dici illos de alia obediencia non necessario vocan-
 dos, cum sint manifeste contumaces et rebelles ecclesie et nichil ad nos de his qui² foris
 sunt, maxime quos constat esse auctores scismatis vel fautores eorum³. hoc tamen
 asserere forte est⁴ durum.

(102) Ostendere papam. quis scit, quid dominus deus revelavit aut reve-
 labit dilectis suis? et forte sunt alie probaciones in foribus, quas vos ignoratis vel scire
 recusatis. et forte in trecentis annis non fuit papa, qui posset clare se ostendere verum
 papam.

(103) Possessione. sed dominus Urbanus VI fuit in possessione, ergo successor
 ejus restituendus, ut habetur supra super verbo „dubia facti et juris“⁵.

(104) Valeat. de facto. sed de jure bene valet dominus Gregorius verus
 papa. nam licet sibi de facto per partem adversam resistatur, nihilominus habet de
 jure plenitudinem potestatis in conciliis congregandis et aliis quibuscumque spectantibus
 ad papam.

(105) Simul. quid ad dominum Gregorium, quod Benedictus, qui nullam super
 hoc potestatem habet, non vult⁶ secum congregare?

(106) Indisposicionem. contrarium apparet in domino Gregorio, qui jam in-
 dixit et convocavit etiam ante vos, ut infra in data dicitur⁷.

(107) Distanciam. quid potest dominus Gregorius, quod Benedictus maria
 transfretavit? nam ipse dominus Gregorius non multum se a loco tractatum adhuc
 elongavit.

(108) Celeritatem. sed non precipitacionem, quia ira et precipitacio con-
 traria sunt provisioni et consilio. desiderat⁸ etiam maturam digestionem et deliberaci-
 onem cum his, de quorum statu et honore agitur de presenti, ne, dum ansam solvimus,
 nodum dicamur ligavisse, prout timendum est per istos fieri, nisi deus provideat in
 casu isto.

(109) Canones. non videtur aliquis canon hoc in textu sonare loquens de
 concilio generali, licet aliqui textus ad hoc sonent in concilio particulari et una nota
 hoc velit de concilio generali Romana ecclesia vacante et omnibus cardinalibus defunctis⁹.
 nunc autem non vacat Romana ecclesia. et si ex ista nota arguere volumus, oportet
 saltem presupponere negligenciam pape, que non est in illo casu, ut superius apparet
 super verbo „preterita negligencia“¹⁰.

a) LM que. b) W esset. c) L vult.

¹ RTA. 1 nr. 129 ff.

² Vgl. Franzola's Rede nr. 269 Conclusio 11 am
 Anfang.

³ Glosse 68.

⁴ Glosse 119.

⁵ Zu ergänzen ist aus dem Text des Schreibens
 der Kardinäle an der betr. Stelle als Subjekt res.

⁶ Vgl. die Glossa ordinaria zu c. un. in VI.
 de schismaticis (5, 3) beim Worte sede vacante;
 vgl. auch die Rede Franzola's nr. 269 Con-
 conclusio 12.

⁷ Glosse 95.

(110) Per nos et per concilium. vos non estis judices domini Gregorii, ut
 ad vestram requisicionem habeat consentire. sed concilium rite et legitime congregatum
 non restrictum nec ad¹ aliquid artatum dominum Gregorium forsitan requirere posset.
 tale autem hic non erit, nec forte vos tale habetis aut potestis convocare de jure, sed
 magis rex Romanorum, presupposita negligencia pape.

(111) An de criminibus. isti² presupponunt dominum Gregorium criminosum,
 quod adhuc non constat. et, si esset criminosus, nisi sibi imponeretur heresis vel aliud
 crimen manifestum ecclesiam notorie scandalizans, non debet de crimine suo inquiri.
 et in casu, in quo potest inquiri, hoc tantum spectaret ad concilium generale legitime
 congregatum, non qualificatum³ vel modificatum ut est in presenti.

(112) Perpetuo. quid potest Romana ecclesia et quid potuerunt preteriti ejus
 sancti pontifices, quod Greci sic sunt ab eadem divisi, quod non est umquam spes de
 reversione eorum, nisi deus miraculose hoc operetur? sic quid potest dominus Gregorius,
 si Gallici nunquam revertantur, cum ipse eos per potenciam hucusque non potuerit
 cohercere⁴?

(113) Neutrales seu⁵ subtraeti. si isti de facto nolunt obedire domino
 Gregorio, venient⁶ saltem obedientes vel mittent⁷ saltem⁸ ad concilium suum. et hi
 obedientes scilicet forte minime venient ad concilium istorum, imo forte reclamabunt et
 istos auctores novi scismatis inculpabunt.

(114) Ex proposito. si hoc facit Benedictus ex proposito, quid ad dominum
 Gregorium, qui hoc non fecit, ut dictum est super verbo „distanciam“⁹?

(115) In heresim. verum est quoad eos qui hoc faciunt vel fecerunt aut
 foverit¹⁰, sed nichil ad eos qui non sunt sibi conscii alienius culpe in hoc facto. alioquin
 inveteratum seisma Grecorum deberet etiam imputari Latinis.

(116) Obprobrium. utinam non sequatur majus obprobrium per viam ab
 istis inceptam, si ad effectum perducatur; quia forsitan ibidem venientes, quantacumque
 reclametur, erigent tercium, qui, ut dicitur, jam diu est nominatus. et erit error no-
 vissimus pejor priore.

(117) Duo collegia. ecce quam¹ clare asseruntur duo collegia et per con-
 sequens duo corpora. que si ista² essent, utique secundum naturam deberent habere
 duo capita. quid tamen nullus catholicus astruere presumit. vel si se carere dicunt
 capite, quomodo duobus corporibus unicum caput adaptabunt? dicant ergo se potius
 trunca cum Oloferne habere corpora in suo sanguine³ tabefacta. est verum quod isti
 in quibusdam litteris suis magnis personis directis 13 die junii datis⁴ scribunt hec verba:
 „speramusque omnino intra paucos dies de duobus collegiis unum facere“, et in aliis
 suis litteris 26 die julii datis⁵ scribunt hec verba „commorantes Liburni una cum do-
 minis de alio collegio, quod nobiscum factum est idem“. ex quibus verbis videtur quod
 duo collegia ut ita dicatur⁶ facta sunt⁷ unum. sed cujus auctoritate, ignoratur. nam
 aut unum illorum est justum et aliud pretensum, aut ambo justa, aut ambo pretensa.
 si primum, quis justificabit pretensum nisi solus deus aut ejus vicarius? nec ut tale
 justificari potest, licet persone singulares de eodem possint ad justum admitti auctoritate
 Jesu Christi vel ejus vicarii. si secundum, quod ambo sunt⁸ justa vel fuerunt usque
 ad hec tempora, quare non ergo⁹ ambo capita eorum fuerunt justa? si tercium, quod

a) una. L. b) L ista. c) L qualificatum. d) W et. e) W veniant. f) W mittant. g) una. W. h) LM foverit.
 i) W quomodo. k) MW ita. l) LW sanguine. M sanguine. m) W dicatur. n) W sint. o) LM sint. p) M
 ergo non debet una ergo.

¹ Vgl. die Rede Franzola's nr. 269 Conclusio 11
 zu Anfang.

² Glosse 107.

³ Diese Briefe sind uns nicht bekannt.

⁴ S. Glosse 119 und Einleitung zum Närb.
 Tage von 1108 lit. A pag. 303, 6 ff.

¹¹⁰⁶ ambo sunt^a pretensa, cur ergo titulos sibi usurpare presumunt? cur credunt regere totum mundum et justum ac verum papam vel quemvis alium pro libito judicare?

¹¹⁰⁶ ^{Dec. 23]} (118) Cum multis prelati. non reperitur interfuisse huic deliberationi aliquis notabilis Theutonicus Anglicus Polonus Ungarus vel Bohemus, sed, ut apparet ex tenore litterarum confederationis¹, interfuerunt ambaxiatores regis Francie, ad quorum directionem^b et voluntatem locus tempus et modus hujus concilii sunt conclusa, imo, ut ex multis presumitur, hec littere sunt fabricate. et vide que habentur supra super verbo „cum quibus expediebat“².

(119) Exempla et gesta sanctorum. quibus exemplis et gestis sanctorum legitur concilium generale duplici auctoritate vocatum taliter modificatum limitatum et restrictum? quod si forsua aliqua reperiantur exempla vel historie congregacionis conciliorum ad scismata sedanda, iste tamen convocaciones non leguntur facte a duobus pretensis collegiis cardinalium hinc et inde, sed aut Romani pontificis aut regali auctoritate unica tantum congregata^c, nisi forsan sub ordinato modo regalis auctoritas suffragium presterit pontificali.

(120) Obediencia nostra. que est obediencia vestra, qui hec scribitis, cum neutri contendencium obediatis, imo illum, qui vos creavit, in persona sui successoris persequimini et in Christum domini manus sacrilegas inicere attemptatis.

(121) Concilium seu ecclesia. verbum „ecclesia“ simpliciter positum importat congregacionem omnium fidelium veram vel representatam. si ergo vos vocatis ecclesiam in parte vestra et isti in parte sua (ut scribitis) idem faciunt, sequitur quod due sint ecclesie. quod si dixeritis „unica est ecclesia, cujus nos partem et illi residuam partem convocamus“, ergo nec vestrum nec illorum est convocare totam ecclesiam. cujus ergo auctoritate erit tota ecclesia congregata? eciam si contingat totam comparere, non apparet. posito namque quod ibi compareat tota, non tamen ut tota, sed ut^d due partes ab invicem separate a diversis collegiis convocate. et sic, nisi cujuslibet partis major pars concordet^e in unum, manebit divisio sicut prius. et forte dicent illi de nostra obediencia „nos nolumus, quod cardinales ex altera parte aliquid faciant ut cardinales“, et alii dicent contra. ergo videtur, quod, nisi duo contententes eciam conveniant ut quilibet auctorizet cardinales alterius, nichil fiet. multi eciam probabiliter dubitant an vos possitis concilium convocare. et hi eciam dubitabunt de gestis ibidem, presertim si non^f veniat dominus Gregorius ad hunc locum. et sic utique congregacio vestra tendit ad divisionem majorem.

(122) Nobis prebebunt. si de consilio eorum hec attemptassetis et honorem et statum eorum eque ponderassetis nec permisissetis vos seduci ab his, qui diu conati sunt eciam eos ad vias suas trahere et non potuerunt, essentque facta vestra non adeo parcialia contra caput vestrum et eorum, forte dignum esset vobis auxilium impertiri.

(123) Ad finem^g. concilium generale solet congregari, ut^h super aliqua causa fidei ecclesie vel Christianitatis deliberetur et ibidem concludatur quid agendum. vos autem deliberastis conclusistis et firmastis certum modum per quem finis scismati imponatur, ut hic patet et infra clarius apparebit. utⁱ quid ergo concilium convocatis nisi ut inordinatus vester conceptus mediante concilio coloretur?

(124) Gregorio. presupposito quod habeatis cum vocare (de quo tamen merito dubitatur, maxime ex quo non est negligens in concilio convocando), aut debet ibi

a) W. stat. b) L. dileccionem. c) sic. coll. d) L. M. aliud et stat. sed ut. e) M. concordat. f) am. L. g) W. post dem. Verordnungsbuchleben hunc nota. h) L. et. i) W. ad, aber ut quid ist. richtig. s. Bausch H. d. v. d. V. g. 2. Aufl. 253.

¹ S. Glosse 59 nebst Note.

² Glosse 59.

comparere ut papa, aut ut privatus, aut^a ut cardinalis. si ut papa, tunc, ex quo adhuc est papa, et ibi erit ut papa. quare sibi obedieniam subtraxistis et titulum suum resolutum dogmatisistis^b? imo aliqui vestrum scribunt, ipsum olim papam. alii vero scribunt, sedem vacare. omnesque vos ipsi, quantum in vobis est, iuribus papalibus spoliatis. si ut privatus vel cardinalis, tunc non oportet eum cedere vel renunciare juri, quod secundum vos prius amisit, nisi velitis dicere jus suum pretensum et non verum. tunc utique vos eciam^c estis pretensi cardinales et non veri. et sic merito consurgent^d adversum vos omnes principes obedienzie nostre, quos precedendo seduxistis. sed forte laqueus iste paratus est pedibus vestris et non nostris, incidetisque in foveam quam fecistis.

(125) Per viam mutue cessionis. hec est via a Francigenis adinventata et in particulari eorum conciliabulo¹ determinata, quam modo pro lege isti ponunt, limitare ad eam concilium et sic spiritui sancto regulam dare volentes, quasi non debeat liberum esse concilium aliam quamcumque rationabilem viam inquirendi deliberandi et concludendi, modificantes congregacionem futuram, ut innitatur^e et incipiat ab his, que semper nostra obediencia respuit, et sequatur^f adversarios suos in non modicam suam verecundiam et dedecus sempiternum.

(126) Et electio fiat. ecce secunda limitacio et modificacio, quod videlicet vos cum anticardinalibus eligatis. per quam apparet, quod vos vultis^g statum pape in dubium revocare et non vestrum, imo vultis papam ut cedat compellere, et hoc maxime propter dubium, ut dicitis, juris, et facti antiquitatem, ut in prima conclusionem supra posita innuitur². et tamen vos vultis in statu vestro remanere, et nedum vos, sed ex anticardinalibus cardinales facere et creare.

(127) Indubitati. quis tollet scrupulum piarum mentium dieencium verum papam ad cedendum compelli minime debuisset? nonne eque dubium est de vobis, an sitis cardinales, sicut de quolibet contendencium, an sit papa? quomodo ergo vultis vos indubitatum pastorem eligere? unde videtur quod nisi nova et certa vobis potestas tribuatur futurum pontificem eligendi, non poterit vestra electio canonica appellari. sed posito quod apud deum sit justa et sancta, tamen multi habebunt rationabilem causam dubitandi in jure et in facto. et sic, cum sit majus scandalum quam prius, eciam tercius vester tenebitur cedere secundum primam conclusionem supra positam³.

(128) Et alter non renunciaverit. quid, si dominus Gregorius venerit dicens „ego nolo simpliciter renunciare sed paratus sum me sanctam Romanam ecclesiam et jus meum submittere huic concilio, ut consideratis omnibus considerandis jubeat quid sim acturus, et adimplebo“, nome mos sibi gerendus erit, ut concilium provideat per viam restitutionis sue vel alias per examinacionem cause vel inquirat de viribus^h juramenti aut alias procedat prout concilio videbitur expedire? quare ergo vos in omnem eventum vultis, quod fiat renunciacio et nova electio, nisi quod ex hoc presummitur verificari quod dicitur, vos ex nunc utrumque in certum pontificem eligendum vota vestra corruptisⁱ affectibus direxisse?

(129) Attentis promissis. quare non debent eciam^k alia attendi vel quare non de istorum efficacia inquiri, cum tamen concilium legitime congregatum presumatur nullatenus deviare?

a) W. vel. b) L. dogmatisastis. c) am. L. d) W. consurgerent. e) L. innitatur. f) LM. sequantur. g) L. hic und. moher. hunc vultis. h) L. iuribus. i) L. corruptis. k) L. hat eciam noch quare.

¹ Es ist wol die Französ. Generalsynode vom 15. Nov. 1106 bis 4. Jan. 1107 gemeint, s. Hefele Konziliengesch. 6, 754 ff.

² Glosse 68.

³ Die erste der im Schreiben der Kardinäle nr. 267 angeführten Conclusionen der Universität, s. dort bei der Zahl 65 ff. — Gegen diese Glosse wendet sich Franzola in nr. 269 Conclusio 2.

11498
Spt. 17.
bis
Dec. 25/ (130) Taliter. ecce novam limitacionem limitacionis et restriccionis eciam in secundo casu, quo, licet in principio videatur rationabilis, quasi exprimat ea que de jure in esse^a videntur, tamen circa finem vult, quod per electionem provideatur de novo, quasi non sit alia via per quam possit aut debeat provideri.

(131) Et per electionem. ecce quomodo copulative additur via electionis, quam isti tamquam frenum alligant spiritui sancto.

(132) Canonicam. ponamus ergo, quod omnes pretensi cardinales alterius partis et tertia pars nostrorum eligant unum papam et residue due partes nostrorum eligant secundum vel e contra, quem istorum dicetis canonice electum? nostri dicent in primo casu, secundum electum a duabus partibus verorum cardinalium, et non esse attendendam electionem anticardinalium; dicent illi: non, sed ex quo primus a duabus partibus omnium electus est, ipse est papa. similiter in secundo casu erit e converso. quomodo ergo illi poterunt facere canonicam electionem indubitataque unionem, nisi omnes fuerint ad hoc habilitati? et in isto casu, renitentibus contententibus cedere, nullus eos habilitabit, nisi velint quod concilium eos habilitet. et dubium est an concilium hoc faciat. imo forsan eos utrimque excludet. quare etc. quod si dixeritis „nos indubie concordabimus omnes“, tunc apparet ex nunc collusio vestra et predispositio^b futuri per vos eligendi.

(133) Unio. imo nisi aliter provideatur, erit ad minus trinio in hoc casu, tercio videlicet ut intenditis^c per vos electo^d, qui^e ad minus vos, nisi respiscatis, reperiet^f adherentes.

(134) Reformacionem. ut Romana ecclesia debite reformetur, ante omnia expedire videtur. quod abusus et pompe vestre qui hec scribitis refrenentur, in quibus tempus inutiliter perditis, ecclesias et defunctorum animas debito suffragio spoliatis, centum aut plura beneficia possidendo et die noctuque nil aliud nisi, quomodo pingvia adipiscamini et illa usque ad extremum quadrantem exigatis, cogitando. sic patrimonium crucifixi per vos nedum consumitur sed devoratur. sic populus Christi seducitur et malis exemplis vestris, fide et devocione pereuntibus, in devia labitur et, ut timendum est, in heresim et obstinacionem mergitur et suffocatur.

(135) Sic deliberate. imo precipitanter parcialiter et irreverenter in focius obediencie nostre verecundiam et ruborem, ut supra super verbo „cum quibus expediebat“^g 1.

(136) Requirimus. unde vobis hec potestas, ut requiratis prelatos et pastores, quod a vicario Christi pastorum pastore discedant et vestris, imo potius adversariorum, machinacionibus consenciant et novo scismate involvantur?

11499
Dec. 25/ (137) Annunciacionis^h. presentes littereⁱ vel alie, in quibus terminus et locus hujus pretensi^j concilii exprimuntur, vix aut nullo modo ante festum nativitat^k Christi poterant per totam obedienciam nostram publicari^l. quomodo ergo in tribus mensibus a remotissimis partibus tales, ut ad tantum negocium requirantur, persone deputari disponi informari cum suis deliberare et iter, quod isto tempore anni gravissimum et incommodissimum est, perficere ac in termino poterant comparere? sed, ut quidam ambaxiator cardinalium hec scribendum retulit, licet multis de nostra obediencia iste

^a L zusammengezogen iassee, W zweifelhft, nur in M deutlich getrennt: esse ist in dieser Weise bekannt in dieser Schrift angewandt. ^b coll. predispositio. ^c LM intenditis, W intenditis über zwei durchstrichenen nachträglich gemachten Fassungsbuchstaben. ^d M electio. ^e LM quo. ^f W heriport reperiet aus repetit oder heriport. ^g W coll. habetur. ^h W über diesem Wort Nota. ⁱ L pensi, M presentis.

¹ Glosse 59.

² Vgl. die Einleitung zu lit. A und zu dieser

³ D. h. das Ausschreiben der Kardinäle nr. 267, lit. E. aus der Verfasser eben glossiert.

11498
Spt. 17.
bis
Dec. 25/ brevis terminus displiceret, oportuit tamen Francigenis in hac parte condescendi. isti Gallici per multa tempora viam generalis concilii tamquam difficillimam dispendiosissimam suspicione et subornacione plenam et que in tribus quatuor vel quinque annis vix perfici posset rennerunt et, cum offerretur, pluries recusarunt. nunc autem, quia modo per eos adinvento limitata est et quia vident istud concilium non nisi ad nutum eorum procedere et electionem futuram pro eis ut dicitur imminere, ad hoc festinaverunt, ne, si terminus prolixior ad hoc^a appositus esset, interim deprehenderentur eorum astucie et res aliorum verteretur. cogitaverunt enim: antequam Teutonici Anglici et alii de obediencia Gregorii deliberarent quid agendum, nos perficimus facta nostra et papam habebimus ad nutum nostrum. sic eciam antiqui cardinales, quando a quondam Urbano VI recesserunt, de consilio ut dicitur regis Francie, Clementem suum crexerunt. et ut appareat machinacio Francienarum in ista materia, est sciendum quod reges Francorum ab aliquibus fere centum annis citra ante scisma multos habuerunt papas ut ita dicatur successive, presertim Lemovicenses^b 1, et per longa tempora sedes apostolica fuit in Avinione, que civitas contigua est regno Francie et circumvallata potencia ejus, ita quod sede apostolica ibidem et in manibus Gallicorum existente exaltatum fuit et sublimatum regnum Francie depressumque Romanum imperium et alia regna notabiliter, ut apparet, Romanis pontificibus mediantibus. hinc est quod Urbano VI electo², videntes Franciene ecclesiam tolli de manibus suis et per consequens gloriam eorum deprimi, invenerunt modum coloratum eligendi Clementem suum³, qui fuit consanguineus^c regis Francie⁴. imo dicitur, quod volebant tunc elegisse regem Francie, cujus uxor erat mortua; sed ipse recusavit. vivente autem Clemente suo, prece perswasione et precio quesiverunt sibi juxta posse adherenciam ex omni parte, nec eo vivente fuit unquam obediencia per eos eidem subtracta. quo defuncto fuit in locum suum electus Benedictus modernus antipapa nacione Catalanus^d 5. huic non usquequaque placuerunt mores Gallicorum nec e contra. unde statim adinventa fuit via cessionis, primo spontanee, deinde coacte, et demum eidem fuit obediencia subtracta, quia, ut hodie apparet, noluerunt cum regnare super eos. nunc ergo iterum querunt modum reducendi ecclesiam ad manus suas, ut possint ampliare terminos suos et falcem suam eo melius et coloracius mittere in messem alienam, prout jam de novo in Brabantia et novissime in Leodio dicuntur fecisse, et prius in Janua, regno Apulie, Arlatensi, Delphinatu, Lothoringia, comitatu Pargundie^e et in multis aliis locis suos terminos dilataverunt. et vide que habentur supra super verbo „Gregorio“ in prima conclusione^f.

(138) Ad civitatem Pisanam. iste locus eciam displicuit eciam multis de obediencia nostra tempore tractatus. sed, ut dictus ambaxiator cardinalium⁷ retulit, Franciene hunc habere voluerant⁸, et caute pro eis; nam ipsi et omnes, qui adhererant Clementi, per mare ibidem venire et in navibus cum expensis mille florenis plures notabiles personas illuc adducere possunt quam de Prusia⁹ Cracovia Anglia Ungaria aut Succia cum quinque milibus florenorum equis^h ibidem poterunt applicare. ista eciam civitas est in ditione Florentinorum, qui semper tamquam archigueli singularem de-

^a ad hoc mo. WW. ^b W Limovicenses. ^c L. dicitur in der zweiten Silbe. ^d W Cathellanus. ^e W Burgundie. ^f LM noluerunt, W voluerunt. ^g W Prussia. ^h ML eques, W eques mit einem über das zweite e gestrichen e.

¹ Das ist nicht zu strikte zu nehmen: die meisten Päpste des Zeitraums waren Südfranzosen, speziell aus Limousin waren Gregor VI, Innocenz VI, Gregor XI.

² Am 8 April 1378.

³ Am 20 Sept. 1378.

⁴ Karl V.

⁵ Am 28 Sept. 1394.

⁶ Glosse 65, innerhalb der von den Kardinälen dort angeführten Universitäts-Conclusionen.

⁷ Von demselben war in der vorigen Glosse p. 414, 42 die Rede.

^[1498] vocacionem ad regem Francie habuerunt. et licet sit imperialis civitas et de obediencia ^{Spl. ex.} nostra fuerit, tamen ad presens rex Romanorum de facto ibi nullam aut modicam habet ^{bis} potestatem. oportet etiam Florentinos magis timere regem Francie quam unicum alium ^{De. 257} regem, quia una die claudendo bancos eorum in regno suo potest eos dampnificare in quingentis milibus florenorum. rex Francie etiam de facto nunc tenet Januam et Liburnum prope Pisas, ubi faciliter poterit magnam in mari habere potenciam et totam istam materiam disponere pro sue libito voluntatis. ecce quomodo locus tempus et modus concilii ad omnem nutum Gallicorum sunt determinata, principibus et prelatibus obediencie nostre minime requisitis!

(139) Effectus predictos. ista verba et similia sepius replicantur, ut appareat, quod admodum suam volunt concilium limitare. imo infra subiungunt, quod etiam potestas danda mittendis ad istud concilium debeat specialiter ad hoc limitari.

(140) Dubitetis. nonne mandat apostolus¹ subditos nos esse prepositis nostris etiam discipulis? et sententia pastoris iusta sive iniusta ligat. quare ergo non erimus subditi domino Gregorio non convicto nec confesso nec aliquo juris ordine contra eum servato? et si dominus Gregorius mandaverit sub penis et censuris, ista non advertendum sed aliter faciendum? etiam posito quod pia mens rationabiliter dubitet quid agendum, nonne in dubio isto securius est obedire vicario Jesu Christi quam alterius doctrine vento circumferri? et si vos hec scribentes vos certos redditis, non tamen ex hoc sunt alii certificati. dudum namque ista certitudine obediencia nostra usa fuisset etiam contra vos², si persuasionibus illorum, quos vos nunc sequimini, flecti a sua constantia voluisset³.

(141) Prosequamur. non sufficit bonum agere, nisi et bene fiat. unde frequenter ea, que in se sunt licita et meritoria, quando⁴ indebito et irrationabili⁵ modo fiunt, veniunt dampnabiliter arguenda. an autem modi per vos hic servati sint rationabiles, ex supradictis et infra dicendis aliisque negotii circumstantiis satis potest in dubium revocari.

(142) Gregorium. verum est⁶ modo limitato et restricto, ut supra. et posito quod simpliciter absque restrictione⁷, tamen in dubio magis videtur adherendum vocationi sue quam vestre, presertim nisi notoria sibi posset negligencia imputari, de qua tamen non constat, ut ex supradictis, quicquid vos asseratis, multipliciter demonstratur.

(143) Securi. que est ista⁸ idonea cautio huius securitatis, cum vos videamini nova et inaudita injungere et semitas rectas derelinquere, imo, si non obliquas, saltem dubias ambulare.

(144) Evidenter. unde ista evidencia nullitatis? nullum enim apostolicum mandatum ex certa sciencia immediate a papa emanans videtur posse dici nullum, nisi appareat divine voluntati contrarium manifeste. quis autem novit hic divinam voluntatem aut quo dei precepto jubemur parere vobis hec scribentibus in hoc facto?

(145) Et⁹ irrevocabile. quantum gavisus est pars adversa, quando vos sic ligavit, ut nulla ratione vel modo reverteremini ad caput vestrum et nostrum nisi sub modis et condicionibus per ipsos adinventis et per vos prepropere acceptatis, ut etiam sic eis alligaremini, quod non potestis ut scribitis ullatenus¹⁰ revocari? quid autem, si dominus Gregorius cras cederet¹¹ et nichilominus clare ostenderetur locum tempus et

a) LM add. et. b) W add. facit 23. q. 1 „quid (reguliter quod) culpatur“ ad fl. cum concordantibus [c. 4. C. 22. q. 1]. c) W add. xi. d) et irrationabili om. LM. e) om. W. f) om. W. g) M in. g) I nullatenus. h) I crederet.

¹ Im Römerbrief 13, 1 ff.

² Hinzuzudenken ist aus dem Text des glossierten

Schreibens „daß ihr ihn zu eurem Konzil berufen habt“.

modum vestrum esse toti obediencie nostre incongrua inequalia et penitus respuenda? ^[1498] posito insuper quod dominus Gregorius compareat in loco et terminis^a vestris et concilium congregetur et concilium dicat unanimiter „fiat^b justicia, vel restituatur Gregorius, ^{Spl. ex.} ^{bis} aut maneat Benedictus“, ubi tunc stabit irrevocabile propositum vestrum limitatum, ut ^{De. 257} scribitis, ad providendum ecclesie juxta effectus predictos? et vide que habentur supra super verbo „et alter non^c renunciaverit“^d.

(146) Per modum predictum. non videtur unquam fuisse aliquod generale concilium taliter convocatum, imo nec videtur unquam cardinales etiam indubitatos et unici collegii concilium convocasse. et posito quod hoc quandoque convocatum sit, non tamen sic limitatum modificatum et prout istud est multipliciter restrictum. posito insuper quod quandoque in generali concilio semel aut pluries contententes de papatu cesserint vel sint ejeti, fuit tamen concilium liberum, hunc vel alium modum sine aliqua restrictione previa aggredi pro seismate terminando.

(147) Per hanc deliberacionem. isti^e videntur nolle quod dominus deus notam faciat eis viam in qua ambulent aut quod doceat eos facere voluntatem suam. nam videntur recusare quod per aliam deliberacionem vel modum sequatur unio, sed quod restringatur voluntas divina ad voluntatem et deliberacionem suam. et hoc videtur esse magne presumptionis et forte supersticionis, ut oretur deus certo modo vel via^e dare pacem populo vel salutem.

(148) Liburni. ecce quomodo hec littere etiam sunt in loco et obediencia partis alterius fabricate et de eodem emanarunt! et sic locus, ubi hec facta sunt, persone mediantes et modus tractatus^f satis inferre videntur, quod in tractando pars^g adversa conatum et vocem habuit potiore. unde nimirum quod locus tempus et modus huius concilii sunt pro illa parte conclusa, ut sparsim superius est deductum. et vide que supra super eodem verbo in narratione habentur².

(149) 24 die^h mensis junii. ista data, salva tanterum virorum reverencia, ^[1498] ^{Juni 24} videtur valde suspecta et eallide anticipata ad hunc finem, ut verificari videatur narracio eorum queⁱ isti post datam subiungunt, videlicet quod, postquam innotuit domino Gregorio ista deliberacio cardinalium, quod ipse tunc primo ordinavit concilium generale per ipsum convocandum, ac si velint isti per hoc innuere, quod ipsi prevenerint negligenciam domini Gregorii in concilio convocando, super qua negligencia ipsi, ut supra habetur, in magna parte fundare et justificare videntur processum suum, et quod ipse dumtaxat ad impediendum eos convocaverit concilium et non alias nec contra. sed ex multis vehementer presumi potest contrarium. et ut hoc clarius appareat, est sciendum, quod dominus Gregorius, videns se cum Benedicto non posse proficere nec concordare ad viam cessionis prousequendam, locutus fuit cum istis cardinalibus hoc scribentibus, antequam ab eo discederent, quod expediret convocacio concilii generalis. ipsi vero pro tunc, ut dicitur, recusarunt. nichilominus, postquam ipsi a domino Gregorio recesserunt, dominus Gregorius deliberavit et conclusit viam concilii generalis, prout hoc convocavit et indixit sub data Luce 3 nonas julii³, quod est per decem dies post pretensam datam ^[1498] ^{Juli 5} harum litterarum concilii cardinalium. et verisimile est quod idem dominus Gregorius per multos dies ante concluderat concilium. sed antequam conficerentur littere, deliberavit de tempore ad quod et loco ad quem deberet convocari. isti autem domini cardinales, ut patet ex data litterarum confederacionis sue⁴, cum anticardinalibus per sex

a) W termino. b) LM fuit. c) LM aliter nisi stabit alter non. d) I ista. e) I viam. f) I tractus. g) I in negotio nota. h) om. W. i) sic add. „et legitur sich auf eorum, nos partem hab.“

¹ Glosse 128.

² Glosse 62.

Deutsche Reichstags-Akten VI.

³ nr. 200.

⁴ Vom 29 Juni 1408, s. Note zu Glosse 59.

dies ante convocacionem concilii per dominum Gregorium indieti fuerunt primo invicem
^[1408] confederati, videlicet penultima junii^a. in qua confederacione, licet concluderint concilium
^{Junii 29} generale per eos convocandum, tamen locum et diem ad quos nondum concluderant.
 imo retulit quidam abbas ambaxiator eorum¹, quod ipsi per duos menses disputaverunt
 de loco ad quem. et tamen ipsi tam locum quam diem ad quos inserunt istis litteris²,
 quas pretendunt datas per 4 dies ante suam confederacionem. quod utique presumitur
 esse falsum. quis enim crederet eos locum et tempus concilii determinasse ac etiam
 concilium convocasse, antequam essent confederati et uniti, maxime cum ipsi in presen-
 tibus eorum litteris prius scribant se unitos et post hoc matura deliberacione conclusisse
 concilium convocandum³. item in quibusdam litteris suis magnis personis directis
^[1408] 26 julii Liburni datis⁴ scribunt ista verba: „deliberavimus^b invicem convocare concilium
^{Julii 26} generale ex utraque parte eisdem loco et tempore; ejus rei atque nostri propositi inti-
 macionem, determinato loco ubi optandissima congregacio hujusmodi fieri debeat, et
 oratorem nostrum precipuum mittimus in brevi^c. ex quibus litteris et verbis patet
^{Julii 26} quod 26 julii, que fuit plus quam per mensem post pretensam^e datam harum litterarum
 convocacionis concilii, ipsi deliberaverant convocare concilium, sed nondum convocabant,
 quia nondum erat determinatus locus, ubi ista congregacio fieri deberet, ut clare innui-
 tur per verba supradicta. unde satis clare probatur, quod tempore date^d istarum litte-
 rarum suarum nondum erant concordēs de loco. ergo data est anticipata et hoc callide
 in fraudem domini Gregorii ad effectum predictum, ut videantur eum prevenisse. posito
 autem quod hic non sit facta aliqua anticipacio (prout tamen vehementer presumitur ex
 predictis), quare prius non intimaverunt concilium? nam dominus Gregorius suum con-
 cilium, licet secundum eos post concilium eorum fuerit indictum (ejus oppositum videtur ex
 supradictis scriptis), plus quam per duos menses ante concilium eorum^f in Alemannia per
 litteras patentes publicavit⁵. preterea nuncius deferens litteras presentes⁶ convocacionis
 concilii per cardinales ad partes Reui habuit litteras credencie ab eisdem cardinalibus datas
¹⁴⁰⁸ prima septembris⁷ et post hoc primo recessit de Pisis. ergo tunc primo fuit expeditus,
^{Sept. 1} et verisimile est eum diu ante fuisse expeditum, si de loco et tempore concilii fuisset con-
 clasum. quod quia non erat, littere confici et mitti non potuerunt, et ideo datam earum
 anticipaverunt. hoc etiam presumitur ex his que post datam in eisdem litteris sub eadem
 manu et eodem iucausto secuntur⁸, in quibus narrantur aliqua diu post datam earundem
 litterarum gesta, et eadem narrantur et scribuntur sine data. plures⁹ insuper curtesani
 ab illis locis venientes, qui tempore date litterarum^g concilii domini Gregorii in Luca et

a) LM julii. b) L deliberavimus. c) L pensam. d) L data. e) L erat. f) W von plures his nuncios eorum (hinc vor Schluß der Postille) auf einem Zettel, durch ein Zeichen und vide in carta annexa hierherverweisen. g) om. LM.

¹ Dieß ist ohne Zweifel derselbe Bote, der weiter unten in dieser Glosse als Überbringer des Konzilsauschreibens genannt wird, wie aus dessen Erwähnung abermals gegen Ende der Glosse hervorgeht. Es ist vielleicht der Abt von Sanct-Justina zu Padua, der gegen Ende des Berichtes vom Kurd. Landulf nr. 239 art. 9 vorkommt.
² Eben in dem Konzilsauschreiben vom 24 Juni.
³ In demselben Schreiben bei der Zahl 90 ff.
⁴ Den Brief haben wir nicht, vgl. die Bemerkung darüber beim Nürnberger Tag von 1408 Einleitung lit. A pag. 303, 6 ff.
⁵ Wie gleich weiter unten ausgeführt wird, ist das Konzilsauschreiben der Kardinäle erst Ende September frühestens in Deutschland publiziert, also

ist Gregors Ausschreiben Ende Juli bekannt geworden, was mit der Ausfertigung Anfang Juli stimmt.

⁶ Eben das glossierte Ausschreiben der Kardinäle.

⁷ Wir haben eine Kredenz für einen Gesandten der Kardinäle in Konzilsangelegenheiten vom 1 Sept. 1408 (s. in der Einleitung pag. 322, 17 ff.), aber nicht für einen Abt, was der hier erwähnte war, wie sich aus der Stelle gegen Ende dieser Glosse ergibt; wenn der Gesandte erst nach Sept. 1 Pisa verlassen hat, kann das Ausschreiben also frühestens Ende September in Deutschland bekannt geworden sein; vgl. die Einleitung zu dieser lit. E p. 322.
⁸ Die Nachschrift am Schluß von nr. 267.

aliqui in Pysis fuerunt et Liburno, dicunt, quod dominus Gregorius publicaverat con-
 cilium suum, antequam audiretur aliqua mencio concilii cardinalium per plures dies. et
 si cardinales prius determinassent locum et tempus concilii, saltem hoc litteris suis
 potuissent antea nuncciare, quod utique, antequam de concilio domini Gregorii innotuit,
 licet plures litteras scripserint, non fecerunt; imo nec postea per longum tempus. scripse-
 runt bene in aliquibus litteris, tamen diu post publicacionem concilii domini Gregorii,
 se deliberasse convocare concilium, sed non scripserunt ubi quomodo vel quando¹,
 donec supervenit abbas nuncius eorum². et quasi similem anticipacionem per eodem
 factam circa subtraccionem obediencie vide supra super verbo „discessimus“³.

(150) Postquam autem^a. imo diu ante, quia vos datam presumitur antici-
 passe, ut supra proxime multipliciter^b demonstratur.

(151) Penthecostes. sub data 3 nonas julii, quam isti hic obmittunt, ut
 videatur diu post data, que tamen secundum cos non nisi per decem dies post eorum
 concilium emanavit, imo secundum veritatem presumitur^c fere per duos menses ante
 emanasse, ut habetur super data suarum litterarum⁴.

(152) Quarto idus julii. hanc datam expresserunt, et prioris bullo concilii
 datam, que fuit per 8 dies ante hanc datam, obmiserunt callide, ut presumitur ex
 supradictis.

(153) Conclavi factorum. idem in effectu dicit^d in bulla concilii, licet
 isti non scribant, callide obmittentes.

(154) De facto. imo forte de jure potuit et debuit, ut habetur supra super
 verbo „contra votum“^e.

(155) Remotissima. quid potest dominus Gregorius, quod Benedictus ad
 locum remotum convocavit? ipse enim totam universalem ecclesiam convocavit ad
 locum satis idoneum, quem licet alternative expresserit^f, tamen paucum ab invicem
 distant, sic quod venientes versus unum de facili possunt declinare ad alium et
 econtra.

(156) Sequi valeat unio. nichil ad dominum Gregorium, si non sequetur,
 dum tamen per eum non stet ipseque^g faciat diligenciam suam, de cujus contrario ad-
 hac non constat, ut supra in diversis locis est deductum.

(157) Ex utriusque pendeant facto. si ex utriusque contendenciam pen-
 dent facto, quare ergo vos, etiam si non venerint ad vos, concludere vultis? quod si
 dicere vultis quod ex utriusque obediencie facto pendeant^h, quod forte magis videtur
 esse de mento vestra, qua temeritate ergo vos jam viam et modum future unionis con-
 clusistisⁱ universali ecclesia inconsulta et presertim nostra obediencia minime requisita.

(158) Exigitur. quomodo modo nunc exigitur, quod ante paucos annos imo
 forte paucos menses nobis^j et parti adverse difficilimum et quasi impossibile imo penitus
 inpertinens videbatur, ut supra super verbo „annunciacionis“^k.

a) W non, autem. b) L verschriebene Abkürzung. c) in W folgt ausgestrichen plus quam per mensem, aber mensem steht duos nicht ausgestrichen, dann aber weiter wie in M und L, fere per duos menses. d) W fecit. e) M obli. non. f) W pendeat. g) LM conclavit. h) W vobis.

¹ Das ist nur richtig für das nicht erhaltene Schreiben an K. Ruprecht vom 26 Juli 1408, s. Einl. zum Nürnberger Tage von 1408 p. 303, 17 ff.; in den anderen, allgemeinen Ausschreiben vom 14 bzw. 16 Juli ist Ort und Zeit genannt, s. die Einl. zu dieser lit. E p. 320.
² Der, wie kurz vorher erwähnt, mit Vollmacht vom 1 Sept. die Konzilsauschreiben nach Deutsch-land brachte.

³ Glosse 60.

⁴ In Glosse 119.

⁵ Nämlich P. Gregor.

⁶ Glosse 47.

⁷ Es heißt in der Bulle Gregors in provincia Aquilegiensi vel exarchatu Ravennatensi.

⁸ Glosse 137.

¹⁴⁰⁸
^{Spt. 11.}
^{his}
^{Dec. 27} (159) Utriusque obediencie. dominus Gregorius neminem excludit, sed omnes indistincte vocat. si dixeritis „sed non venient“, hoc est resistencia facti et non juris. sufficit enim vocare universalem ecclesiam, etiam si non veniant omnes. vocatis namque omnibus, cum his qui venerint concludi potest, prout et vos in vestro conciliabulo facturos pretenditis, ut habetur supra in verbo „est enim nostra et dominorum“¹.

(160) Et de utraque. forte obediencia domino Gregorio non venient, ex quo eis inconsultis hoc attemptastis. et si sola hac consideracione, quia vocatis utramque obedienciam, vestra convocacio preponderanda, tunc etiam vocacio cujuslibet minimi Christiani utramque obedienciam convocantis² esset attendenda, et multo plus quam vestra, qui jam vos parciales multipliciter fecistis, quod ille non fecit.

(161) Sequi potest unio. unio potest sequi multis modis divina clemencia cooperante, sed non est verisimile quod per vestram congregacionem sequatur. quin potius trinio sequetur, si tercius vos eligere ut intenditis contingat, quem ut dicitur jam preconcepistis et sub certis pactis eligendum spopondistis, prout supra super verbo „Liburnum accedentibus“³ et super verbo „et alter non renunciaverit“⁴ continetur.

(162) Bone forent voluntatis. quid potest dominus Gregorius, si⁵ Benedictus est male voluntatis? nam posito quod ipse Gregorius esset optime voluntatis, de cujus contrario utique non constat, frustra tamen veniret ad vocacionem vestram ad cedendum, nisi alter cederet vel cessisset et nisi condiciones loci temporis et aliarum qualitatium per vos jam conclusarum essent rationabiles et nostre obediencie equaliter sicut alteri convenientes, quod, ut ex supra dictis multipliciter apparet, minime reperitur. sed his omnibus segregatis, adhuc est dubium, an vos cum sic vocare habeatis, presertim postquam ab eo prepropere recessistis et vos partem contra eum fecistis, prout habetur supra super verbo „discessimus“⁶ et super verbo „ab eorum obediencia“⁷.

(163) Novas et particulares. vestra potius est nova et domini Gregorii antiqua, ut super data harum vestrarum litterarum continetur⁸ et ex eadem cum aliis collata convincitur manifeste. vestra etiam potest dici particularis, quia obediencia non venient et quia vestrum non est convocare universalem ecclesiam, etiam posito quod cardinales indubitati hoc facere possint, quia met ipsi de statu vestro dubitatis et vos ipsos convincitis de mala consciencia arguendos, ut supra super verbo „dubitaciones de papatu“ habetur⁹.

(164) Nichil aliud sequi potest. imo si non sequetur unio, saltem sequetur rationabilis deliberacio, quid domino Gregorio et sue obediencie sit agendum. quam utinam vos maturiorem habuissetis!

(165) Quam¹⁰ scismatis confirmacio. imo forte domini Gregorii, si alias non est depositus, ad cedendum induccio vel ad minus ad rationabiles tractatus se offerendum.

(166) Nichil restet. imo etiam si jam cessisset, ut fieret canonica electio, multa restarent peragenda, videlicet loci ad eligendum futurum pontificem electio, que sine ipso fieri non debuit, assecuracio parcium utrarumque ibidem venientium, habilitacio eligencium, et ad omne minus cessio Benedicti, ut supra in diversis locis habetur.

a) *L.* convocatis. b) *W.* quod. c) *om.* *W.*

¹ Das heißt nicht: in der Glosse zu diesen Worten, denn es ist zu denselben keine vorhanden, sondern es heißt: wie die Kardinäle in ihrem Schreiben an dieser Stelle (zwischen der Zahl 144 und 145) sagen.
² Glosse 99.

³ Glosse 128.

⁴ Glosse 60.

⁵ Glosse 81.

⁶ Glosse 119.

⁷ Glosse 100.

(167) Procuratorem. de hoc aliqui dubitant, ut supra super verbo „procuratorem“¹. sed posito quod possit, alia tamen requiruntur, ut super verbo „nichil restet“ habetur².

(168) Tractatus. vos recusatis novos tractatus, quia ligati estis ad certos modos et vias cum parte adversa initos et conclusos.

(169) Notoria. vide super verbo „universo mundo notoria“³.

(170) Intricata. et tinendum est, quod per vos magis intricabitur, nisi provideatur. de hoc tamen supra plures excusaciones et responsiones domini Gregorii clare habentur, presertim super verbo „captatis occasioneibus“⁴ et super verbo „promittente“⁵ et super verbo „ignominiose“⁶.

(171) In remotis. quid ipse potest, quod Benedictus est in remotis? et si hoc impedit tractatus, quomodo ergo vos sine Gregorio et Benedicto tractastis et conclusistis?

(172) Scismatis confirmacio. vide super eodem verbo paulo ante⁷ et super verbo „nichil aliud“⁸.

(173) Ut nos segreget. forte melius esset vos nunquam cum eis fuisse congregatos nec confederatos sine eo.

(174) Ex qua sola. mirum est quod isti potenciam divinam ad hanc unicam viam restringere non crubescunt.

(175) Et sic⁹ scisma perpetuetur. imo ne fiat novum et pejus scisma, quod per vos jam videtur dispositum esse, si tercius vos eligere contingat.

(176) Reprobaverit. vide supra super eodem verbo¹⁰, quia hoc negat. sed posito quod hoc fecerit, tamen, ut apparet in bullis suis, jam revocat, nec aliquid ex hoc sibi crimen potest imputari, quia sapientis est immutare consilium in melius.

(177) Pax et unitas. utinam per vestram vel aliam congregacionem, etiam si minimus Christianus eam faceret aut convocaret, pax et unitas fiat in ecclesia sancta dei! sed consideratis viis et modis per vos ut dicitur servatis in conspirando, ab obediencia domini Gregorii prepropere¹¹ recedendo, eundem blasphemando, cum adversariis vos colligando, locum tempus viam et modum ac limitacionem concilii nimis¹² parcialiter et ut presummitur corruptis affectibus statuendo, inordinatam vobis potestatem usurpando, ad tercii electionem festinando, totam obedienciam nostram, quantum in vobis est, confundendo et ad verecundiam deducendo, sine ejus scitu et consilio singula faciendo, datas vestrarum litterarum callide anticipando, justiciam et veritatem obediencie nostre subprimendo, et alia multa in ejus prejudicium machinando, magis timenda est futura multo plus sevens discordia cleri intollerabilis ruina et ecclesiastice libertatis conculcacio sempiterna, que deus per suam misericordiam prevenire dignetur malignos conatus et consilia dissipando ad sui nominis gloriam reintegracionem ecclesie sue sancte et salutem populi Christiani.

Non putet autem aliquis, cum, qui has postillas scripsit, qui in veritate deo teste nulli parcium singulariter affectionatus est, intra limites obediencie nostre, ut circa principium habetur, aliquid assertive in jure vel in facto astruere voluisse nisi in¹³ quantum

a) *W.* *om.* et sic. b) *LM* prepropere: *W.* ungebührlich abgewandt, aber gewandt und prepropere. c) *LM* minus.
d) *om.* *WM.*

¹ Glosse 33.

² Glosse 166.

³ Glosse 83.

⁴ Glosse 20.

⁵ Glosse 27.

⁶ Glosse 39.

⁷ Glosse 165.

⁸ Glosse 161.

⁹ Glosse 43.

¹¹⁴⁹⁸ ex tenore litterarum elici potest. sed quicquid scripsit vel apposuit, per modum collationis et presumptionis apposuit, ut mens legentis excitetur ad melius deliberandum ^{Spl. ex. bis} antequam in tanto negotio aliquid concludatur. ^{Dec. 251}

¹¹⁴⁹⁹ **269.** Vortrag des Robertus de Frouzola ^{bald} auf dem Tage zu Frankfurt in 11 Conclusionen wider die gegen das Konzilsausschreiben vom 21 Juni 1408 gerichteten ^{nach} Postillen nr. 268 und für die vereinigten Kardinäle. [1409 bald nach Januar 13 ^{Jan. 131} Frankfurt.]

L aus Wien k. k. Hofbibliothek cod. ms. nr. 3296 fol. 352^a-360^a (früher 339^a-347^a) in Andreas Ratisbon. acta conc. Constant. cop. ch. saec. 15. Überschrift des ganzen und der einzelnen Conclusionen mit rother Tinte. Die Überschrift wurde nicht hier in die Quellenangabe gesetzt, weil dieselbe doch möglicher Weise vom Autor herrühren kann. Die öfter vorkommenden Abkürzungen G für Gregorius und B für Benedictus sind ohne weiteres aufgelöst.

M coll. Memmingen Stadtbibliothek in Andreas Ratisbon. acta conc. Const. cod. Uffenbach. 2 pag. 562-618 (früher 565-622) cop. ch. saec. 18 in, aus einem cod. mb. eines Mainzer Klosters.

Auszug in französischer Sprache bei Lenfant Histoire du concile de Pise ed. 1724 additions au troisième livre, pag. 330-335, nach einem dem Verfasser von Uffenbach aus Frankfurt mitgetheilten Ms., also ohne Zweifel aus *M*; erwähnt daselbst Livre 3 pag. 233 aus derselben Quelle.

Infra^a scripte sunt conclusiones per magistrum Robertum de Frouzola^b decretorum doctorem et sacri palatii consistorialium advocatum in civitate Maguntinensi compilate et per eum postea publicate in presencia serenissimi principis et invictissimi domini Ruperti Romanorum regis et generalis concilii totius Alemannie^c in civitate Franckfordie, contra quasdam glosas seu postillas a quodam sine nomine fabricatas contra et supra litteras convocationis concilii generalis pro parte sacri collegii reverendissimorum dominorum sancte Romane ecclesie cardinalium emanatas, ad veritatem et iusticiam dictorum dominorum cardinalium manifestissime declarandam.

[1] Prima conclusio. non obstante diversitate et contrarietate adhesionis, que fuit erga duos possidentes papatum in seismate, utraque pars remansit in corpore et unitate ecclesie, illis dumtaxat exceptis qui scienter et dolose a vero et sibi noto capite discessissent. ista conclusio probatur sic: nullum crimen sine dolo, ergo conclusio

^a) *M* ¹⁰⁰ infra nach cap. VIII^m, was sich auf die Reihenfolge der Stücke im cod. bezieht. ^b) *M* Franzola. ^c) *M* Alamanie.

¹ Von P. Bonifacius IX wird 1400 Jan. 6 magister Robertus de Frouzola decretorum doctor ac nostri consistorii advocatus mit einem Geleitsbrief versehen; Rom Vatikan. Archiv Bonif. IX reg. lib. V fol. 304^b-305^a. Auch in unserer Überschrift erscheint er als sacri palatii consistorialis advocatus, ebenso bei Gudenus cod. dipl. Mogunt. 2, 610, der einen tractatus M. Roberti de Frouzola [sic] consistorialis sacri palatii auditoris aus einem (verlorenen) Mainzer Kodex anführt und dessen Inhalt angibt, woraus ersichtlich, daß das nicht unser Stück ist sondern wahrscheinlich ein Traktat über das Schisma, der sich in Paris Nat.-Bibl. 1470 fol. 207^a-232^b findet, bezeichnet tractatus domini Robberti de Frouzola

Jannensis und datiert 1405 de mense julii in civitate Janue, ohne Zweifel derselbe Traktat, auf den der Autor in unserem Stück in Conclusio 3 verweist. Wenn Lenfant hist. du conc. de Pise 1 livre 3 § 19 pag. 233 und ibid. additions au livre 3 pag. 330, Häberlin allgem. Weltgeschichte 4 pag. 506, Hofer K. Ruprecht pag. 415, Hefele Konziliengesch. 6, 799 den Frouzola als Mainzer Konsistorialadvokaten bezeichnen, so beruht das bei dem Mangel jedes anderen Materials bei den genannten sicher nur darauf, daß sie die Worte in civitate Maguntinensi in der Überschrift unseres Stückes irrig auf das vorhergehende beziehen. — Vgl. unsere Einleitung zu dieser tit. E.

vera. quod magis ita declaratur. non est quis seismaticus pro eo quod male discedat, nisi corrupta mente discedat, ergo etc. probatur antecedens per illa jura que habentur 7. q. 1. Novacianus¹, 24. q. 1. loquitur², c. omnibus³, c. scisma⁴, et c. pudenda⁵, et facit de ma. et obe. „solite“⁶. in quibus iuribus attenditur corrupta intencio volencium constituere novam ecclesiam contra potestatem et auctoritatem Romane ecclesie vel ejus summi pontificis. hec autem cessant in illis qui sine dolo decepti in facto obediunt non vero pape quem verum existimant et discedunt a vero quem falsum putant. igitur etc. ad quod facit e. causa et q. in principio⁷ et in c. „didicimus“ in glo. 2.⁸, cum par ratio sit adherentibus que in principalibus, de quibus ille glose locuntur; ad idem⁹, quod no. e. c.² et q. in c. „hec est fides“¹⁰ et q. 3. „dixit apostolus“¹¹, et melius¹², quod no. 17. di. „nec licuit“¹³ et per Innocentium de sum. tri. super rubrica¹⁴, faciunt jura, que non notant aliquem simpliciter hereticum pro eo quod male senciatur aliquid, nisi pertinaciter in eo insistat (de summa tri. c. „dampnamus“ juxta fi.¹⁵ et c. ti. c. uno in Clementinis¹⁶, et de us. in Clementinis „ex gravi“¹⁷). in dubio autem, maxime quando utraque pars habet pro se colorem juris vel probabilem dubitandi causam, debemus in benignitatem partem judicare (de reg. juris „estote“¹⁸ cum concordantibus); et maxime quando id quod agitur de sua natura non est de genere malorum, sicut credere quod potius iste quam ille sit papa (argumento eorum que notantur per glosam et docentur de presump. c. 1¹⁹). et certe iniquus est is, qui existimat quod infiniti episcopi ecclesiasticeque persone atque gloriosi reges principes et populi degentes in heremis, senes decrepiti infirmi morientes, qui in isto seismate pseudopape adhererunt, cui nullo consanguinitatis amicitie imo neque noticie simplicis vinculo fuerunt alligati, id scienter et contra eorum consciencias et notam eis veritatem in suarum dampnationem perpetuam animarum egerint. dicere ergo quod omnes tales precisi fuerint ab ecclesia, nichil aliud est dicere nisi quod dampnati fuerint, quoniam extra ecclesiam non est salus. (de summa tri. c. „firmiter“²⁰). hoc nimis durum foret. qua de re similiter dico, quod sentencie excommunicacionis late generaliter^c per verum papam contra antipapam et suos adherentes ligare solum habuerunt eos, in quibus dolus affuit quoad deum et veritatem, non alios quibus dolus aut culpa gravis non potuit imputari, testante propheta „nec dampnabit eum cum judicabitur illi“, ut^a habetur de re judi. „cum eterni“ li. VI²¹. idem etiam dicere debemus quoad ecclesiam propter rationes antecedentes; nam talis creditur fuisse intencio proferentis; quod patet, quoniam, si expressisset se intendere etiam excommunicare non culpabiles, hujusmodi sententia

^a) *LM* t. ^b) *l.* abgekerzt *R* ^{ca}. *M* ¹⁰⁰ *et* ¹⁰⁰. ^c) *om.* *l.* ^d) *LM* *et*.

¹ c. 6. C. 24. q. 1.

² c. 18. ib.

³ c. 29. ibid.

⁴ c. 34. ib.

⁵ c. 33. ib.

⁶ c. 6. X. de majoritate et obedientia (1, 33).

⁷ D. h. wol die ersten Kanones C. 24. q. 1.

⁸ D. h. wol die zweite Glosse zu c. 31. ibid.

⁹ Scil. facit.

¹⁰ c. 14. C. 24. q. 1.

¹¹ c. 29. C. 24. q. 3.

¹² Scil. facit.

¹³ c. 4. dist. 17.

¹⁴ D. h. wol im Commentar Innocenz' IV zu X. de summa trinitate et fide catholica (1, 1); rubrica ist die Titelüberschrift.

¹⁵ c. 2. ibid.

¹⁶ c. un. Clem. de summa trinitate n. s. w. (1, 1).

¹⁷ c. un. Clem. de usuris (5, 5).

¹⁸ c. 2. X. de regulis juris (5, 41).

¹⁹ c. 1. X. de presumptionibus (2, 33).

²⁰ c. 1. X. de summa trinitate et fide catholica (1, 1).

²¹ c. 1. in VI. de sententia et re judicata (2, 14), wo auch die angeführte Stelle aus Psalm 36, 33 steht.